


TO
A
vo

una le

109
Times




~~Al Sr. D. Juan de los Rios~~ MUYA


~~Don Juan de los Rios~~




Del Oro de el Sr. D. Juan de los Rios
Garcia Ferrada Jr









C L Y P E V S

DEFENSIONIS: SIVE EXOR-
CISMI EFFICACES, ET TERRIBILES
experientia probati.



R. 2125

Oricla: Typ. IACOBI MESNIER. Impres-
soris Civitatis, & Capituli. Anno 169

Ordine servand. in iuramentis	fol. 1
modus auerendi aquam Q. Gregorij	fol. 3
Benedictione agrorum et opo extendenda	fol. 5
de forma eijciendi aqua in aere	fol. 9
Exorcismo sua locustas et alia animalia	fol. 28
Exorcismo sua locustas et alia animalia	fol. 79
de preparatione ad iurandas Imperator	fol. 91
	fol. 93
in dicitio oreb. salis, et aq. q.	fol. 94
de preparatione coram corpae Xpi	fol. 97 *
Exorcismo sua Imperator	fol. 140
alio sua Imperator	fol. 162 *
conuictio ad idem	fol. 178
ea ad idem	fol. 186
curatio grandinis	fol. 189
curatio Imperator	fol. 197
curatio aeri	fol. 201
curatio aeri	fol. 203
Exorcismo sua omnia animalia	fol. 210
in dicitio solemn. aere, et exorcismo	fol. 222
in dicitio Ieremini	B. M. fol. 233
Exorcismo sua Imperator in onore	fol. 259
in dicitio aere et salis	fol. 264
in dicitio imaginum	fol. 266
in dicitio Ieremini in festo Iherosol.	fol. 267
in dicitio aere cum Ieremini	fol. 268
in dicitio Ieremini in festo Iherosol.	fol. 270


CLYPEVS

DEFENSIONIS, SIVE EXOR-
CISMI EFFICACES, ET TERRIBILES
experientia probati contra locustas, & alia
animalia corrodentia, & de vastantia fruc-
tus terræ, ac contra tempestates diversas;
nunc compositæ sint ex maleficijs; nunc
per naturales causas. Modus, & forma
augendi aquam D. Gregorij, cum norma
eam eijciendi in agros, ex qua vitur con-
fraternitas dicti S. Benedictiones diversæ;
& alia per vtilia, & necessaria.

Nunc de nouo peculiari studio in ordi-
nem redactus ex gravibus Doctoribus, &
ordinarijs; tum antiquis, tum recentioribus.

*A Licentiato Iosepho Sanchez Presby-
tero sacrarum Ceremoniarum Magistro in
Alma Ecclesia Oriolen, in gratiam eorum
qui tonitrua, & malignitates temporū (Deo
propitio) profligare cupiunt.*

LICEN



Benedictio seminis Dombicing.

Omny Eobricum. = sequentia. S. Evangelii secundum
Ioanem. = Abijt teny hanc mare Galilee. &c.
ut in Rom. I. Quadrag. E.

Dne teny S. pte hly Dei' bini, qui es quinque panibz,
& duobz piscibus, quinque milia hominum satiaib: quique
tribus semina spouita semina fuerunt, & multiplicans
facis, & in vno nro misericorditer concedit; hanc me fe
cilem misericordiam suplices oramus, ut sic semina,
que tibi hodie benedicend' offeruntur, per intercessionem
S. Marie semper virginis, & omnium SS. tua pietate
& benedictione Fi & multiplicans digneris, ite ut ad optatum
terminum perducte possint ad tuam maiestatis cultum. Am.

Deo in gloria. Amen.

APROVACION DE EL SE-
ñor Doct. Don Antonio Bravo,
Canonigo Magistral de la Santa
Iglesia de Orihuela, y Exami-
nador synodal de esta Diocesi.

V Idi, & attente per legi hunc Cly-
peum defensionis contra locustas,
&c. Ex commissione D. D. D. Ioan-
nis Cortès de Marquina Presbyteri, Ca-
nonici in Cathedrali Civitatis Oriolen-
sae pro Illustrissimo, & Reverendissimo D.
Don Antonino Sanchez del Castellar,
Episcopo eiusdem Civitatis, & Diocē-
sis, Vicarij Generalis; opere Iosephi San-
chez Presbyteri in eadem Cathedrali Cæ-
remoniæ Magistri, ex diversis, ac po-
tentioribus exorcismis, & ex pijs, ac pro-
vatis auctoribus collectis, elaboratum; &
in eo Catholicæ fidei dissonum, nec ho-
nestis moribus contrarium reperi, immo
vtilissimum iudicavi ad conservandam om-
nem prosperitatem temporalem. Primo
prop-

propter rationem naturalem, quia in ipso
continentur supplicationes efficacissimæ, me-
dijs quibus, recurrimus in afflictione ad
Deum Patrem nostrum, orantes, vt im-
peret, ac refrenet naturam, aliquando
crudellem, vt det nobis panem, vinum, &
alia nobis necessaria. Quia vt dicitur Ester
13. *Domine Deus omnipotens in ditione tua
cuncta sunt posita; & non est qui possit re-
sistere voluntati tuae.* Secundo propter ra-
tionem Theologicalem, nam in ipso con-
tinentur exorcismi potentissimi, medijs
quibus, Ecclesie ministri, ministerialiter
imperant, ac Divinam clementiam implo-
rant, vt Dominus compescat dæmonum
malitias contra nos, quibus aliquando
vitur Divina Iustitia propter peccata; vt
dicitur Psal. 77. *Misit in eos iram indig-
nationis sue: indignationem, & iram, &
tribulationem, immissiones per Angelos ma-
los.* Quod confirmat Divus Vincentius
Ferrerius in 2 sermone fer. 2. Rogat. his
verbis: *Tot manserunt [de Angelis malis]
in media regione aeris, & in tanta spisi-
tudi-*

tudine, sicut sunt at homi in radio Solis, &
quid faciunt ibi? Tenēt concilium cōtra nos;
quoniam blanda sunt colligenda, & vina;
impediunt naturam, qui possunt ex posse
naturali, Deo permittente, destruere totum
orbem, & mittunt lapides, & destruunt
omnia bona, ut Christiani peccent contra
Dominum per impatientiam, & blasphemias.
Hæc Divus Vincentius. Si ergo tot
inimici vigilāt contra nos. O ministri Magni
Regis exite ad pugnam, induite armaturam
dei, apprehendite arma, & hunc
Clypeum defensionis, pulsentur campanæ,
quæ sunt tubæ Magni Regis, prodeat
vexillum eius, & imago, quæ est
Cruz; & credite, credite, quod omnes
inimici nostri, sicut deficit fumus, deficient.
Propter quod censeo ut Clypeus
hic Typis mandetur, salvo semper, &c.
Datis Oriolæ Die 4. Augusti 1694.

Doct. D. Antonius Bravo.

APRO-

APROVACION, Y CENSV-
ra del R. P. Fr. Thomas Hernan-
do de la Orden de el Señor S. Do-
mingo Conventual en el Colegio de
Oribuela, Cathedratico Iubilado
en su Vniuersidad, Maestro en
Artes, Doctor en Theologia,
y de ambas facultades
Censor.

EX commissione D. Doctoris D. Ioã-
nis Cortés de Marquina Illustrissi-
mi, ac Reverendissimi Domini D.
Antonini Sanchez del Castellar, Episco-
pi Oriolen. ; Vicarij Generalis, & Officia-
lis, vtriusque Iuris Censoris, & in eius-
dem Civitatis Cathedrali, Canonici, &c.
Vidi, & cum reflexione legi hunc Cly-
peum defensionis, & exorcismos contra
locustas, erugas, & alia animalia, fructus,
segetes, & arbores corrodentia; contra
Aëris malignas tempestates. nec non con-
tra

tra Mures, formicas, & alia bombicinos
vermes de populantia; opere, ac labore
Iosephi Sanchez Presbyteri in eadem Ca-
thedrali Cæremoniarum Magistri, ex di-
versis pijs, ac probatis Auctoribus collec-
tos: Nihilque in eis Catholicæ fidei disso-
num, vel honestis moribus, contrarium
in venire potui, imò perquam utiles iudi-
cavi ut prælo mandentur; si enim ut in-
quit Augustinus lib. 83. Quæst. *Omnia
que visibiliter sunt, etiam per inferiores
potestates aeris huius non absurde, fieri pos-
se creduntur.* Et D. Thomas 1. 2. Quæst.
80. Art. 2. in corpore. *Natura corporalis,
spirituali naturaliter obedit, ad motum lo-
calem; unde, & Diabolus omnia causare
potest, que ex motu locali corporum infe-
riorum, provenire possunt, nisi virtute Di-
vinæ reprimatur:* Communi utilitati con-
gruit, ut in omnium Ecclesiæ Ministro-
rum manibus volitent; ut cum Dæmones,
corpora inferiora moventes, vel activa pas-
sivis, ut assolent, applicantes, prædictas
tempestates, ac plagas induxerint; præ-
sen-

sentaneum habeant remedium ut divinam
potentiam implorent adiutricem, ac mi-
nistrali imperio dæmonis audaciam, &
malignitatē reprimāt, sic censeo salvo, &c,
Datis in Patriarchali Collegio Orcaëlica-
no Ordinis Prædicatorum, die 7. de Au-
gusti 1694.

Fr. Thomas Hernando.



DEDI-

DEDICATORIA.

ILLVSTRISSIMIS
Præposito, & Capitulo Alma Ec-
clesiæ Oriolen meīs amantissi-
mis, & Dilectissimis
Dominis.



NIHIL in rerum natura est,
(Illustrissime Dñe.) quod
ita Principum, dignitate,
eruditione, & virtute præ-
celentium Clypeum per-
quirat, quam laborum edi-
tio. Quem enim scribentium sine acusa-
tore reperies? Quando nemo sine crimi-
ne vivit; nullum, qui ab invidio aliquo,
aut malevolo graviter non sit reprehen-
sus, invenies. Sunt etenim per multi, qui
propria natura commoti, libentius, quod
maligne carpant, quærunt, quam quod
benevole laudent. Quo fit, ut qui ad ocu-
los laborem emmittere cupit, primitus
tutorem exquirat, cuius auctoritate, opo-

in orbem sparsum, ab invidorum morsibus tutissimum currat. Qua propter pavores calcando, ex quo tempore has lucubrationses evulgare animo statui, ad tuas decrevi, convolare aras, hoc munus tibi dicando. Fac ut olocaustum, ad numen quasi divinum, quod in te colo, quia meum ascendat. Quo si fruor, nihil cupiam: Quo si careo nihil habebō. Si enim Illustrissime Dñe. quod munusculū hoc, eo quo offertur animo accipias, assequor, [quod ut facias, te qua possum corporis, & animi contentione oro, & obstetor] nihil timeo; quia si ipsum tibi placere cognovero, haberrimum mei laboris fructū videbor assecutum. Bene valeas, & me tibi, tanquam subditum commendatum habeas.


Servs. & Capells. V. Dominationis.

L. Iosephus Sanchez.

PROFE-

PROFESSIO FIDEI.

OMnia quæ hic scripta inveniuntur sub decreto, & correctione Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Matris meæ pijsimæ, quæ nescit claudere gremium redeunti ad se, & in cuius fidei professione me velle vivere, & mori profiteor, & dicta, & scripta esse volo, & protestata.



CLYPEVS

CLYPEVS

DEFENSIONIS: SIVE EXOR-
CISMI EFFICACES, ET TERRIBILES
contra locustas, & omnia animalia
nociva, & contra tempest-
tates aëreas.

*CAP. I. DE ORDINE SER-
uando in coniuratione animalium
nocivorum; & tempestatum.*

CVM Sacerdos coniuraturus pri-
vate [nam solemniter iam in suo
loco natur) certior factus sit de
tempestate locustarum, aut aliorum ani-
malium nocivorum, & corrodentium, ac
devastantium fructus terræ, accederit:
Accepta aqua D. Gregorij [si ad sit &
ea multiplicata vt infra fol. 3. at si non,
accepta aqua benedicta vt inferius fol. 93]
indutus superpelliceo, Stola, & Cruce in
mani.

manibus gerens, ad noxia animalia confessus, & sacra comunione refectus; cum exorcismis vt infra habentur, alacri animo, atque fidentissimo corde accedat, & non dubitet neque formidet tam fortissimos invadere hostes, & videbit omnipotentis auxilium super se; vt vincat, & præmium, & finem optatum conlequatur.

Tum etiam cū coniuraturus sit tempus tempestuosum, & viderit nubes atra, & turgidas, procellam, & grandinem minantes, faciat pulsari campanas, quæ suo sonitu possunt nubes dissipare, & dissolvere, quia sunt benedictæ in nomine Sanctæ Ecclesiæ. Et mox si fuerit in Ecclesia genuflexus ante Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, paulisper oret dicendo si velit. Recordare Domine vt infra fol. 94. aut alias deprecationes, & cum compunctione, & contritione cordis imploret misericordiam Dei, & indutus superpelliceo, & Stola, accipiat in manibus lignum Sanctæ Crucis (si in Ecclesia fuerit) vel aliam Crucem, & præparata aqua benedicta vt
in

in fol. 93. cum aspersorio, aecedat ad lo-
cum, ad faciendosexorcismos contra tem-
pestates, fulgura, tonitrua, grandines, &
turbines, deputatum; & eo perveniens
faciet exorcismos vt in suo loco inveniū-
tur. Quod si visrepentina tempestatis ac-
cessum ad dictum locum impediatur,
exorcismos faciat in foribus Ec-
clesiæ, vel in alio loco vbi co-
mode fieri possint.



NOTA.



NOTA.

Para que el Exorcista haga su obligacion como deve, es razon que primero se encomiende à Dios Nuestro Señor, haziendo aētos de contricion de sus culpas, y pecados, confiando en los auxilios divinos, y no en sus fuerças naturales, pidiendo à Dios Nuestro Señor, con mucha humildad, sea servido librarnos desta calamidad, si assi le place, para gloria, y honra suya.

ORATIO.

Domine Deus omnipotens creator, & conservator generis humani, qui in tempore tribulationis peccata dimittis, his, qui invocant, & misericordiam

A **diam**

2
diam facis, maiestatem, tuam in afflictione
locustæ ex orantibus aures tuæ pietatis
accomoda, propter nominis tui gloriam,
& honorem, per Dominum, &c.

PRIMER EXORCISMO
que usala Cofradia del Señor San
Gregorio, para hechar el agua
del S. por los campos, y modo
para aumentarla, sacada
de su libro.

C A P. I.

Primeraamente, el Sacerdote, ó Sacer-
dotes que huvieren de hechar el agua,
dirán primero Missa del S. que es la
primera de comun de Confessores Pontifices,
que comienza, Statuit Dominus, &c. con las
Oraciones proprias del S. que irán abaxo no-
tadas, pidiendo en ella á Dios N. Señor con
mucha devocion, el remedio de la calami-
dad de la langosta, ó otra qualquiera que
se

se padezca, ó se tema padecer.

Acabada la Miffa, se quitará la Casulla, y Manipulo, y puesto de rodillas dirá la Letania ordinaria, repitiendo tres vezes quando llegue su lugar, Vt fructus terræ: Y antes de dezir la Oracion Omnipotens, que es por el Pontifice, dirá la Oracion del Santissimo Sacramento, Deus, qui nobis, &c. Y la Oracion de san Gregorio, Deus, qui Beato Gregorio, &c. Y la Oracion de todos los Santos, Omnipotens sempiternæ Deus, &c. Y luego proseguirá la del Pontifice, hasta el fin de la Letania.

CAP. II. DEL MODO DE aumentar el agua de San Gregorio.

EN acabando el Sacerdote la Letania, bendecirá cantidad de agua con la bendicion ordinaria, y hechando la cantidad de sal que le pareciere necesaria; à la qual bendicion se le podrá añadir la siguiente Oracion de S. Gregorio. Be-

⁴
Benedicat ✠ Dñs. hanc creaturam
aquæ, vt fugiant volucres, locustæ,
vermes, & erugæ ab omnibus sege-
tibus, vineis, oliuetis, fructibus, & ole-
ribus nostris, super quibus aspersa fuerit,
per nomen tuum sanctum ✠ Deus Pater
omnipotens, & per Filij tui Domini nos-
tri Iesu ✠ Christi virtutem, & Sancti Spi-
ritus bonitatem; quod quidem nomē san-
ctum tuum inuocatū est super istam crea-
turam tuam, segetum, vinearum; oliue-
torum, fructuum, & olerum, vt fiat sa-
lubre alimentum omnibus qui alentur ex
illis. Per eundem Christum Dominum
nostrum. Amen.

Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie
eleyson. Pater noster, Ave Maria, Credo,
totum secret. Ipse te bene ✠ dicat, qui su-
per te siccis pedibus ambulauit. Amen.
Ipse te bene ✠ dicat, qui in te à Ioanne
fuit baptizatus Iesus Christus Dominus
noster. Amen.

*En bendiciendo el agua, repartirá el Sa-
cerdote el agua del Santo en la vasija, ó va-
sijas*

5
sijas necessarias, segun los Sacerdotes que
la huvieren de hechar por los campos; y el
ministro, ò ministros que las llevaren, irán
hechando en ellas poco à poco del agua ben-
dita, de la qual es fuerça llevar gran can-
tidad, sin dar lugar à que se acabe el agua
de las vasijas; antes al passo que el Sacer-
dote fuere sacandola, irán ellos añadiendo
del agua bendita, y con esto se va aumen-
tando el agua de s. Gregorio, y no se acaba.

CAP. III. DE LA BEN- dicion de los campos, y quando se ha de usar della.

Repartida el agua, revestido como es-
tà saldrà fuera de la Hermita, y
benedicirà los campos con el Exorcis-
mo ordinario del Manual, ò con el que a-
qui se señalare, y en acabandolo se desn-
darà, y tomarà sobrepelliz, y Estola, y
Cruz pequeña.

*BENDICION DE LOS
campos, contra las langostas, y de-
màs animales nocivos.*

ψ. Audiitorium nostrum in nomine Do-
mini. R. Qui fecit cœlum, & terram.
ψ. Domine exaudi orationem meam. R.
Et clamor meus ad te veniat. ψ. Dominus
vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

P Reces nostras, quæsumus Dñe. cle-
menter exaudi; vt qui iuste pro pec-
catis nostris affligimur; & hanc au-
tum, vermium, seu murium, aut locus-
tarum, vel aliorum animalium persecu-
tionem patimur; procula tua potentia ex-
pulli, nulli noceant, & hos campos, a-
gros, vel vineas, aut aquas in tranquilita-
te dimittant; quatenus ex eis surgentia,
& ortæ, tuæ Maiestati deseruiant, & nos-
træ necessitati subueniãt. Per Christũ Do-
minum nostrũ. Amẽ. ORE-

OREMVS

Omnipotens Sempiternus Deus, omnium bonorum remunerator, & peccatorum maximus miserator: in cuius nomine omnia genua flectuntur, caelestia, terrestria, & infernalialia, tua potentia nobis peccatoribus omnipotenter concede, vt quod de tua misericordia confisi agimus, per tuam pietatem hos pestiferos vermes, vel mures, aues, vel locustas, aut alia animalia per nos seruos tuos maledicendo maledicas: segregando segre ges: exterminando extermines, vt per tuam clementiam ab hac peste liberati gratiarum actiones Maieftati tuae libere refferamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

EXORCISMVS.

EXorciso vos pestiferos vermes, mures, aues, seu locustas, aut alia animalia per Deum Patrem **✠** Omnipoten-

8
tentem, & Iesum ✠ Christum filium eius,
& per Spiritum ✠ Sanctum ab utroq; pro-
cedentem, vt confestim recedatis ab his
campis, seu vineis, vel aquis, nec amplius
in eis habitetis: sed ad ea loca transeat, in
quibus nemine nocere possitis: & ex
parte omnipotentis Dei, & totius curiæ
cœlestis, & Ecclesiæ sanctæ Dei vos ma-
ledicens, quocumq; ieritis, sitis, male-
dicti, deficientes de die in diem in vos
iplos, & decrescentes; quatenus reliquiæ
de vobis nullo in loco inueniãtur, nisi ne-
cessariæ ad salutem, & vsum humanum.
Quod præstare dignetur ille, qui ventu-
rus est iudicare vivos, & mortuos, & sæ-
culum per ignem, Amen.

OREMVS.

Domine Iesu Christe, qui Iordanis
flumen benedixisti, & in eodem
baptizatus, aquas mundasti, & pu-
rificasti, vt elementum salubre efficeren-
tur in remissionem peccatorum: has aquas
quoq;

quoq; benedicere, & sanctificare, & mundare digneris, vt nihil in eis noxium, nihil, pestilens, nihil inficiens, nihil corrumpens, remaneat; sed omnia pura, & munda in eis efficiantur, quatenus quæ ad vsum humanum ex eis creata sunt, cū salute nostra, & gloria tua assumamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filiū tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitāte Spiritus Sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

*CAP. IV. DEL MODO DE
bechar el agua por los campos.*

EL Sacerdote, ó Sacerdotes, que hu-
vieren de bechar el agua por los cam-
pos, han de ir con sobrepellizes y Es-
tolas, y Cruzes pequeñas, y con vn hyso-
po, tomarà cada vno agua de su vasija, y
iran rociando los campos con ella, diçiendo
la Antifona.

As

ANTI-

ANTIPHONA.

A Sperges me Domine hyssopo, & munda-
dabor, &c. Gloria Patri, &c.

Y dende les parece, dizen este verso.

Ora pro nobis Sancte Gregori.

R. Vt digni efficiamur, &c.

Y luego la oracion del santo.

ORATIO:

DEus, qui Beato Gregorio confesso-
ri tuo, atque Pontifici contra le-
cuitarum, pestem, specialem gra-
tiam contulisti, concede propitius. Vt qui
tua beneficia deuote poscimus, eius meri-
tis, & precibus, à corrosione, & consump-
tione ipsarum, & quarumcumq; aliarum
pestium in fructibus nostris, & pecoribus,
atque à peste, & epidemia in corporibus
nostris misericorditer liberemur. Per Do-
minum nostrum, &c.

SECRETA.

P Reces nostras quæsumus Domine, propitiatus admitte, & dicatum tibi sacrificium, Beati Gregorij Pontificis de præcatio comendet. Per Dominum nostrum, &c.

POST COMMUNIO.

S Ancti Gregorij confessoris tui precibus confidentes, quæsumus Domine; vt regnum nostrum à peccatorum munetur maculis, & à locustarum, & corrosiuorum animalium peste liberetur. Per Dominum, &c.

D Eus, qui Sanctis tuis Abdôn, & Senen ad hanc gloriam veniendi copiosum munus gratiæ contulisti, da famulis tuis suorum veniam peccatorum: vt sanctorum tuorum intercedentibus meritis, ab omnibus mereantur aduersitatibus liberari.

Y repetirán la Antiphona mientras durare el hechar del agua, no descuydandose los ministros de ir cevando las vasijas con el agua bendita.

SEGUNDO EXORCISMO,
 aprobado por los Señores Arçobispos de Valencia, y Zaragoza, en las necessidades de langosta, gusano, ò otro animal corrosivo, con assistencia de todo el pueblo.

Primera mente se diran tres Missas, en tres dias distinctos, assitiendo todos a ellas.

La primera, se dirà a la Santissima Trinidad, con commemoracion de nuestra Señora, y de san Gregorio, como arriba esta notado.

La segunda, de la Purissima Concepcion de nuestra Señora, con commemoracion de la Santissima Trinidad, y de san Gregorio, con las oraciones arriba dichas.

La

La tercera, de san Gregorio Obispo, que sera la primera de comun de Confessores Pontifices. Stauit ei Dominus, Con las oraciones proprias arriba dichas, con commemoracion de la santissima Trinidad, y de nuestra Señora.

Antes de començar cada una destas Missas, el sacerdote que las huviere de celebrar, vestido de las vestiduras Sagradas, fuera de la Casulla. Y los otros Sacerdotes que se hallaren presentes, ô el Clero, en el Choro de rodillas delante el Santissimo Sacramento, con mucha devocion dirân los siete Psalmos siguientes.

Benedixisti Dñe terrã tuam: auertisti captiuitãtem Iacob.

Remisisti iniquitãtem plebis tuã: operuisti òmnia peccãta eòrum.

Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuã.

Conuèrte nos Deus salutaris noster: & auèrte iram tuam à nobis.

Numquid in æternum irascèris nobis?

aut extèndes iram tuam à generatiòne in-
generatiònem?

Deus tu conuèrsus viuificàbis nos : &
plebs tua lætabitur in te.

Ostènde nobis Dòmine misericordiam
tuam : & salutàre tuum dá nobis.

Audiam quid loquàtur in me Dòminus
Deus : quóniam loquétur pacem in ple-
bem suam.

Et super sanctos suos : & in eos qui
conuertúntur ad cor.

Verúntamen prope timèntes eum salu-
tàre ipsíus : vt inhabitet glòria in terra
nostra.

Misericórdia & véritas obuiauérunt si-
bi : iustitia & pax osculatæ sunt.

Véritas de terra orta est : & iustitia de
cœlo prospéxit.

Et enim Dòminus dabit benignitatem :
& terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulábit : & ponet
in via gressus suos. Gloria Patri, &c.

Ag

Inclina

I Nclina Dòmmine aurem tuam, &
exáudi me: quòniã inops & pauper
sum ego.

Custódi animam meam, quòniã san-
ctus sum: saluum fac seruum tuum Deus
meus sperántem in te.

Miserère mei Dòmine, quòniã ad te
clamàui tota die: lætifica animam serui
tui, quòniã ad te Domine animam
meam leuauì.

Quòniã tu Dòmine suauis & mitis:
& multæ misericòrdiæ ómnibus inuocán-
tibus te.

Auribus pèrcipe Domine orationem
meam: & intende voci deprecationis meæ.

In die tribulatiònis meæ clamaui ad te:
quia exaudisti me.

Non est similis tui in dijs Dòmine: &
non est secúndúm òpera tua.

Omnes gentes quascúmque fecisti ve-
nient, & adorabunt coram te Domine:
& glorificabunt nomen tuum.

Quòniã magnus es tu, & faciens
mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc

Deduc me Dòmine in via tua , & ingrediar in veritate tua : lætetur cor meũ , vt timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Dñe Deus meus in toto corde meo : & glorificabo nomen tuum in ætèrnum.

Quia misericòrdia tua magna est super me : & eruisti animam meam ex infèrno inferiori.

Deus iniqui insurrexerunt super me , & synagóga potèntium quæsierunt animam meam : & non proposuerunt te in conspectu tuo.

Et tu Domine Deus miserátor , & misericors : patiens , & multæ misericordiæ , & verax.

Respice in me , & miserere mei : da imperium tuum puero tuo , & saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum , vt videant qui odèrunt me , & confundantur : quòd tu Domine adiuuisti me , & consolatus es me. Gloria Patri, &c.

Deus

DEus auribus nostris audiuimus : pa-
tres nostri annuntiauerunt nobis.

Opus, quod operatus es in diēbus eò-
rum : & in diēbus antiquis.

Manus tua gentes dispèrdidit, & plan-
tasti eos : afflixisti pòpulos, & expulisti
eos.

Nec enim in gládio suo possederunt
terram : & bràchium eòrum non saluauit
eos.

Sed dèxtera tua, & bràchium tuum,
& illuminatio vultus tui : quòniam com-
placuisti in eis.

Tu es ipse rex meus, & Deus meus : qui
mandas salutes Iacob.

In te inimicos nostros ventilabimus
cornu : & in nòmine tuo spernèmus in-
surgèntes in nobis.

Non enim in arcu meo sperabo : & glá-
dius meus non saluàbit me.

Saluásti enim nos de affligèntibus nos :
& odièntes nos confudisti.

In Deo laudabimur tota die : & in nò-
mine tuo confitebimur in sæculum.

B

Nunc

Nunc autem repulisti, & cōfudisti nos:
& nō egrediēris Deus in virtutibus nostris.

Avertisti nos retròrtum post inimicos
nostros: & qui odèrunt nos, diripiebant
sibi.

Deisti nos tamquam cves escarum: &
in gētibus disperdisti nos.

Vendidisti pōpulum tuum sine pretio:
& non fuit multitúdo in comutatiōnibus
eōrum.

Posuisti nos oppróbrium vicinis nos-
tris: subsannatiōnem & derisum his qui
sunt in circuitu nostro.

Posuisti nos in similitudinem gētibus:
commotiōnem capitis in pōpulis.

Tota die verecūdia mea contra me
est: & confusio faciēi meæ cooperuit me.

A voce exprobrantis & obloquentis: a
facie inimici & persequētis.

Hec omnia venērunt super nos, nec
obliti sumus te: & iniquē non egimus in
testamēto tuo.

Et non recellit retrò cor nostrum: &
declinasti sēmitas nostras à via tua.

Quó-

Quòniã humiliasti nòs in loco affli-
ctiònis : & coopèruit nos vmbra mortis.

Si oblitum sumus nomen Dei nostri : &
si expándimus manus nostras ad Deum
aliènum.

Nòne Deus requiret ista ? ipse enim
nouit abscondita cordis.

Quòniã propter te mortificamur to-
ta die : æstimati sumus sicut oves occi-
siònis.

Exùrge, quare obdórmis Dòmine?
exùrge, & ne repéllas in finem.

Quare faciem tuam auértis : obliuisceris
inópia nostræ, & tribulatiònis nostræ?

Quòniã humiliata est in pûluere ani-
ma nostra : conglutinatus est in terra ven-
ter noster.

Exùrge Dòmine, adiuua nos : & rédime
nos propter nomē tuū. Gloria Patri, & c.

Qui regis Israël, intende : qui de-
dúcis velut ouem Ioseph.

Qui sedes super Chérubim : manifes-
tare corã Ephraim, Bèniãmin, & Manásse.

Excita poténtiám tuam, & veni: vt saluos facias nos.

Deus conuérte nos: & ostènde faciē tuam, & salui érimus.

Dômine Deus virtutum: quòusque irascéris super oratióem serui tui?

Cibàbis nos pane lacrymarum: & potum dabis nobis in lacrymis in mensúra.

Posuisti nos in contradictiόnem vicinis nostris: & inimici nostri subsannauerunt nos.

Deus virtutum conuérte nos: & ostēde faciem tuam, & salui érimus.

Vineam de Ægypto transtulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam.

Dux itineris fuisti in conspèctu eius: plantasti radices eius, & impléuit terram.

Opéruiit montes vmbra eius: & arbùsta eius cedros Dei.

Extēdit palmites suos vsq; ad mare: & vsq; ad flumen propagines eius.

Vt quid destruxisti maceriam eius: & vindémiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam?

Exter-

Exterminauit eam aper de silua : & singularis ferus depastus est eam.

Deus virtutum conuertere : respice de caelo , & vide , & visita vineam istam.

Et perfice eam , quam plantauit dextera tua : & super filium hominis , quem confirmasti tibi.

Incensa igni , & suffossa : ab increpatione vultus tui peribunt.

Fiat manus tua super vitum dexteræ tuæ : & super filium hominis , quem confirmasti tibi.

Et non discedimus à te : viuificabis nos , & nomen tuum inuocabimus.

Domine Deus virtutum conuerte nos : & ostende faciem tuam , & salui erimus.
Gloria Patri, &c.

SI verè utique iustitiam loquimini : re-
sta iudicate fili hominum.

Etenim in corde iniquitates operamini : in terra iniustitias manus vestræ concinnant.

Alienati sunt peccatores à vulua , errauerunt ab utero : locuti sunt falsa. Fu-

Furor illis secundum similitudinem ser-
pēntis : sicut aspidis surdæ , & obturan-
tis aures suas.

Quæ non exaudiet vocem incantantiũ :
& venēfici incantantis sapiēter.

Deus cōteret dentes eorum in ore
ipsorum : molas leónum confringet Do-
minus.

Ad nihilum deuenient tamquam aqua
decurrens : intēdit arcum suum donec
infirmētur.

Sicut cera , quæ fluit , auferētur : su-
percēcidit ignis , & non vidēunt solem.

Priùsquam intelligerent spinæ vestræ
rhamnum : sicut viuētes , sic iniira ab-
sorbet eos.

Lætabitur iustus cūm viderit vindictam :
manus suas lauauit in sanguine peccatoris.

Et dicet homo , Si ūtique est fructus
iusto : ūtique est Deus iudicans eos in
terra. Gloria Patri. &c.

Dominus illuminatio mea , & salus
mea : quem timēbo.

Dómi-

Dòminus protéctor vitæ meæ : á quo
trepidabo?

Dum apprópíant super me nocéntes :
vt edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei : ipsi in-
firmati sunt, & cecidérunt.

Si consistant ad óesum me castra : non
timébit cor meum.

Si exúrgat aduérsum me proelium : in
hoc ego sperabo.

Vnam pétij à Dòmino, hanc requi-
ram : vt inhabitem in domo Dòmini om-
nibus dièbus vitæ meæ.

Vt videam voluptatem Dòmini : & vi-
sitem templum eius.

Quòniã abscondit me in tabernacu-
lo suo in die malorum : protéxit me in
abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltauit me : & nunc exal-
tauit caput meum super inimicos meos.

Circuiui, & immolauí in tabernaculo
eius hòstiam vociferatiónis : cantabo, &
psalmum dicam Dòmino.

Exaudi Dòmine vocem meam, qua
clama-

in aui ad te: miserere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam Dómine requirã.

Quòniã non intellexérunt òpera Dòmini, & in òpera manuum eius: destrues illos, & non ædificabis eos.

Benedictus Dñs: quòniã exaudiuit vocem deprecationis meæ.

Dóminus adiutor meus & protector meus: in ipso separauit cor meum, & adiutus sum.

Et reflòruit caro mea: & ex voluntate mea confitébor ei.

Dòminus fortitúdo plebis suæ: & protector saluatiónum Christi sui est.

Saluum fac pópulum tuum Dñe, & benedic hereditati tuæ: & rege eos, & extòlle illos vsque in ætérnum. Gloria Patri, &c.

Laudate Dominum de cœlis: laudate eum in excélsis.

Laudate eum omnes Angeli eius: iaudate eum omnes virtutes eius.

Lau-

Laudate eum sol & luna : laudate eum
omnes stellæ & lumen.

Laudate eum cœli cœlorum : & aquæ
omnes quæ super cœlos sunt, laudent no-
men Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt : ipse
mandavit, & creata sunt.

Stavit ea in ætèrnum, & in sæculum
sæculi : præceptum pòsuit, & non præ-
teribit.

Laudate Dómmimum de terra : draco-
nes, & omnes abyssi

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus
procellarum : quæ faciunt verbum eius.

Montes & omnes colles : ligna fructi-
fera, & omnes cedri.

Béstia, & uniuérfa pécora : serpén-
tes, & volucres penatæ.

Reges terræ, & omnes pòpuli : prin-
cipes, & omnes iudices terræ

Iuvenes, & virgines, senes cum iu-
nioribus, laudent nomen Dñi : quia exal-
tatum est nomen eius solius.

Cōfessio eius super cœlum & terram :

Bs &

exaltauit cornu pópuli sui.
 Hymnus ómnibus sanctis eius: filijs
 Israël, pópulo appropinquanti sibi.

Acabados los siete Psalmos, toma el Sacerdote la Casulla, y comiençase la Missa, acabada la tercera, se dirà de rodillas la Letania, como se dixo arriba hasta el fin.

A la tarde se hará una Procession, con mucha deuocion hasta el lugar do estuviere la langosta, ó azia la parte que recibiere el tal daño, y en esta Ciudad podrá ser à un Convento que este fuera la Ciudad, yendo por un camino, y bolviendo por otro, por escusar la confusion de la gente, y entrando el Cabildo, y Ciudad en la Iglesia del Convento, ó dōde fuere miẽtras se dize de rodillas la Salve, y un motete con espacio, y devociõ.

El Preste, y Diaconos, ó otro Sacerdote con Estola, y sobrepelliz, y una Cruz pequeña, bendeziràn los campos, saliendo fuera de la Iglesia con el Exorcismo arriba dicho, ó con el que trae el Ritual Romano, y hechando azia las quatro partes del mundo,

do,

do, en forma de Cruz, agua bendita, y de Santo mezclada. Y acabado el conjuro, entrarán dentro el Preste, y Diaconos, y dirán las oraciones de la deprecacion, y bolviendo à començar la Letania, se profeguirá la Procession hásta la Iglesia Cathedral, ó de adonde saliò, y alli se bolverá à hazer la deprecacion con que se acaba.

ANOTACION.

Estos mesmos Psalmos podrán dezir los sacerdotes que fueren à hechar el agua por los campos, antes de començar la Missa del Santo. Y si estuvieren tres, ó mas dias, podrán ir diziendo cada dia una de las tres Missas dichas arriba, y acabada cada una dellas, dirán la Letania, y lo demas, como se nota en el primer Exorcismo.

CAP. V. IN QVO CONTI-
netur Exorcismus terribilis contra
locustas, vermes, & alia animalia
nociva: ex quo utebatur Fr. Pe-
trus Molina, Religiosus Discal-
ceatus Ordinis S. Francisci: Qui-
quidem experientia est probatus, ut
manifestum fuit in Civitate Orceli-
tana in annis lapsis 1641 & 1686.
ubi calamitas locustarum patieba-
tur, & ipsemet Exorcisavit, & re-
pente, ac miraculose evanuit,
& annihilata fuerunt locustæ.

NOTA.

Primamente se ha de hazer una
 Cruz de onze, ù doze palmos de lar-
 go, que no sea pesada, porque se ha
 de llevar en procession, y se ha de escribir
 en lo alto de dicha Cruz lo siguiẽte I. N. R. I.
 y en el braço derecho. Ecce Lignum confu-
 sionis vestræ. Ideo fugite partes adversæ.
 VICIT

vicit leo de Tribu Iudà radix David. *Y en el izquierdo. Christus vincit, Christus Regnat, Christus imperat, Christus ab ista plaga nos defendat. Amen. Y abaxo al brazo, S. Ioannes, S. Lucas, S. Matthæus, S. Marcus. Y se ha de poner en la Cruz una poca de cera del Cirio Pasqual, y una poca de palma, ú olivo bendito, y ha de estar en el Altar à las tres Missas. La primera de la Santissima Trinidad comemoracion de los Angeles, y de S. Marcos. La segunda de S. Gregorio Obispo de Osta, y el Evangelio Habet e fidem Dei, á 17. de Noviembre, comemoracion del Espiritu Santo, y de la Cruz. La tercera de S. Ioseph, comemoracion de la Virgen, y de todos los Santos. Y en donde se ha de hazer el conjuro, se pondrà sobre pelliz, y Estola el que conjure, y se ha de preparar la Cuca, y un brasero, y agua bendita, y hecho el oyo*

Flexis genibus ad orientem. Dirà:
Ÿ. Adiutorium nostrum, &c. R. Qui fecit
Cœlum, &c.

ŷ. Sic nomen Domini benedictum, &c. R.

Ex hoc, &c.

ŷ. Domine exaudi orationem, &c. R. Et clamor, &c.

ŷ. Dñs. vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

OMnipotens Verbum Patris, Christe Iesu, Deus, & Dominus vniverse creature, qui Sanctis Apostolis tuis dedisti potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem potestatem inimici, tuum Sanctissimum nomen cum pavore, & tremore supplex deprecor, vt mihi in dignissimo Sacerdoti, data venia peccatorum meorum, confidentiam, & possibilitatem donare digneris, vt tui brachij munitus potentiam, fideliter, & securus egrediar. Qui viuus & regnas in secula seculorum. Amen.

KYrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe

Christe exaudi nos. . . .
Pater de Cœlis Deus, . . . miserere.
Fili Redemptor mundi Deus, . . . miserere.
Spiritus Sancte Deus, . . . miserere.
Sancta Trinitas vnus Deus, . . . miserere.
Sancta Maria, . . . ora pro nobis.
Sancta Dei Genitrix, . . . ora.
Sancta Virgo Virginum, . . . ora.
Mater Christi, . . . ora.
Mater Divinæ gratiæ, . . . ora.
Mater Purissima, . . . ora.
Mater Castissima, . . . ora.
Mater Inviolata, . . . ora.
Mater Intemerata, . . . ora.
Mater Amabilis, . . . ora.
Mater Admirabilis, . . . ora.
Mater Creatoris, . . . ora.
Mater Salvatoris, . . . ora.
Virgo Prudentissima, . . . ora.
Virgo Veneranda, . . . ora.
Virgo Prædicanda, . . . ora.
Virgo Potens, . . . ora.
Virgo Clemens, . . . ora.
Virgo Fidelis, . . . ora.

- Speculum Iustitiæ, ora.
- Sedes Sapientiæ, ora.
- Causa nostræ lætitiæ, ora.
- Vas Spirituale, ora.
- Vas Honorabile, ora.
- Vas Insigne devotionis, ora.
- Rosa Mystica, ora.
- Turris Davidica, ora.
- Turris Eburnea, ora.
- Domus Aurea, ora.
- Fœderis Arca, ora.
- Ianua Cœli, ora.
- Stella Matutina, ora.
- Salus Infirmorum, ora.
- Refugium peccatorum, ora.
- Consolatrix afflictorum, ora.
- Auxilium Christianorum, ora.
- Regina Angelorum, ora.
- Regina Patriarcharum, ora.
- Regina Prophetarum, ora.
- Regina Apostolorum, ora.
- Regina Martyrum, ora.
- Regina Confessorum, ora.
- Regina Virginum, ora.

Re.

Regina Sanctorum omnium,

Agnus Dei qui tollis peccata mundi.

Parce nobis Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi.

Exaudi nos Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi.

Miserere nobis.

Tota pulchra es Maria, & macula originā-
lis non est in te, tu gloria Ierusalem, tu
lætitia Israel, tu honorificentia populi
nostri, tu advocata peccatorum, O Maria
Virgo prudentissima.

ψ. Ora pro nobis per tuam Immaculatam
Conceptionem.

℞. Ut digni efficiamur promissionibus
Christi.

Antha.

Hic vir despiciens mundum, & terre-
na triumphans divitias Cœlo condidit ore
manu.

ψ. Iustum deduxit Dñs. per vias rectas.

℞. Et ostendit illi regnum Dei.

C

ORE-


OREMVS.

DEus, qui per Inmaculatam Conceptionem Virginis Mariæ, dignū Filio tuo habitaculum præparasti, quæsumus, vt qui ex morte eiusdem Filij tui præviffa eam ab omni labe præservaffi, nos quoquè mundos, eius interceffione, ad te pervenire concedas. Per Dñm. &c.

Sanctiffimæ Genitricis tuæ Sponfi, quæsumus Domine, meritis adiuvemur, vt quod possibilitas noſtra non obtinet, eius nobis interceffione donetur. Qui vivis, & regnas, &c.

*ERIGITVR EXORCISANS
& elevat Crucem.*

Pater noſter. Credo.

ECce Crucem Domini, Crux bona, Crux digna, lignum ſuper omnia ligna, per Crucis hoc ſignum  repelli-

pellitur omne malignum, ne mente ledat,
phantasmata cuncta recedant, ecce
Crucem **✠** Domini fugite partes adver-
sæ, vicit leo de Tribu Iudà radix David:
Nos autem gloriari oportet in Cruce Do-
mini nostri Iesu-Christi, per quam salvati,
& liberati sumus. Genibus flexis.

OREMVS.

Oratio

P Ræces nostras, quesumus Domine,
Clementer exaudi, vt qui Iustè pro
peccatis nostris locustarum, &c. aut
aliorum animalium persecutionem pati-
mur, pro tui nominis gloria ab ea miseri-
corditer liberemur; vt per potentiam tuã
expulsa, nulli noceãt, & hos agros, &c. aut
aquas intactas dimittant, quatenùs quæ ex
eis orta fuerint, tuæ maiestati deserviant.
Per Christ. &c.

Oratio

AD ORIENTEM.

✠. Dominus vobiscū. **℟.** Et cū spiritu tuò.

C2

Innitium

Innitiū S. Evangelij secundū Ioannem.

Gloria tibi Domine.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: Qui non ex sanguinibus, nequè ex voluntate carnis, nequè ex vo-
lun-

luntate viri, sed ex Deo nati sunt. *Et Verbum caro factum est & habitavit in nobis:* (& vidimus gloriam eius , gloriam quasi vnigeniti à patre) plenum gratiæ , & veritatis. Laus tibi Christe.

PER Evangelica sancta dicta præcipio vobis Behemot, Apolion duces locustarum, &c. & omnium animalium, vt fugiatis cum toto exercitu vestro maledicto á termino huius Civitatis, ita vt vineæ, &c. in columes maneant, in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Amen.

AD iurote & Satàna, princeps Demoniorum, atque etiam ad iuro vos Diaboli Behemot, Apolion, cū socijs vestris, qui hanc duxistis tempestatens malevolam locustarum, &c. per Deum Patre & omnipotentem, per Deum & Filium, & per Deum & Spiritum Sanctum, & per Sanctissimam Trinitatem, & per virtutē suam vos ad iuro, & contestor, ac viriliter

C3

impe-

impero, vt vos eum vestro exercitu locustarum, &c. fugiatis, & faciatis illa fugere ab omnibus finibus istius Civitatis, talimodo, vt vos, nec vlla tempestas locustarum, &c. & omnium animalium nocivorum ledatis vineas, &c. quæ in hac Civitate sunt, & finibus eius. Atquè etiam adjuro vos per Dominum nostrum Iesum Christum, & per Adventum ipsius, Nativitatem, Circumcisionem, suam Vitam, Baptismum, & miracula, & per illam potestatem, quam dedit credentibus in illum (ipso dicente) signa autem eos, qui crediderint hæc sequentur: in nomine meo Dæmonia eijcient, linguis loquentur novis, serpentes tollent; & per illam potestatem, quam dedit Apostolis suis, dicens: ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super virtutem inimici; & per merita, & præces Beatissimæ Virginis Mariæ, & Sanctissimi Ioseph, & Angelorum, Archangelorum suorum, vos adjuro, & præcipio vobis per ineffabilem Deum The-
 traga-

tragramaton, vt statim fugiatis vos, & ista
malevola tempeftas locuftarum, & c. & om-
nium animalium nocivorum, talimodo, vt
non lædatis vineas, & c. quæ in ifta Civi-
tate funt. Per eum, qui venturus eft iu-
dicare, & c.

AD OCCIDENTEM.

Dóminus vobifcum. Et cum fpiritu tuo.
Sequentia S. Evangelij fecundum Marcũ.

Gloria tibi Domine.

IN illo tempore. Recumbentibus vn-
decim difcipulis apparuit illis Iefus; &
ex probrauit incredulitatem eorum, &
duritiam cordis; quia his qui viderant eũ
refurrexiffe, non crediderunt, & dixit eis:
Euntes in mundum vniverfum, prædicate
Evangelium omni creaturæ. Qui credi-
derit, & baptizatus fuerit, falvus erit. Qui
vero non crediderit, condemnabitur. Sig-
na autem eos qui crediderint, hæc fequẽ-
tur. In nomine meo dæmonia eijcient:
linguis loquentur novis: ferpentes tollent.

C4

Et

Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & benè habebunt. Et Dominus quidem Iesus postquàm locutus est eis assumptus est in Cœlum: & sedet adextris Dei. Illi autē profecti prædicaverunt vbiquè: Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. **℟.** Laus tibi. &c.

P Er Evangelica sancta dicta præcipio vobis Behemot, Apolion, duces locustarum, &c. & omnium animalium, vt fugiatis cum toto exercitu vestro maledicto à termino huius Civitatis, & ab ista vinea, &c. illesæquè, & in columnes manent in nomine Patris **✠** & Filij **✠** & Spiritus **✠** Sancti. Amen.

E Rgo maledicte diabo'e recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo vivo, & vero, & dà honorem Ie'u Christo Filio eius, & Spiritui Sancto Paracletto, & recede à nobis, & ab omnibus finibus istius Civitatis, quia Domi-
nus

nus noster Iesus Christus istos f uctus ter-
 ræ ad suam benedictionem, ✠ & sanctam
 gratiam in columitate dono suo creare dig-
 natus est, & hoc signum Sanctissimæ Cru-
 cis ✠

*Agora inque la Cruz en tierra, y ponga ba-
 xo de ella de la cuca que cõjura, y la fixarà.*
 Quod hic appono, tu maledicte diabole
 cum exercitu tuo vermium, &c. nunquam
 audeatis violare. Per eum, &c.

O maledictæ locustæ, &c. quæ estis in
 finibus istius Civitatis, ego virtute
 Iesu Christi Domini nostri, vos ✠
 ad juro, & præcipio, ac fortius constrin-
 go, per Deum Patrem ✠ Omnipotentem,
 creatorem Cœli, & terræ, visibilium om-
 nium, & invisibilium, & per Deum ✠ Fi-
 lium eius, & per Deum Spiritum ✠ San-
 ctum, & per Crucem ✠ & Passionem
 unigeniti Filij. Dei, & per sanguinẽ suum
 ✠, & per Mortem, Sepulturam, & Re-
 surrectionem suam ✠, & per Ascensionẽ
 suam ✠, & per Adventum Spiritus San-

&ti Paracleti ✠ qui totum mundum illu-
 minavit, & per Sanctissimam Trinitatem
 ✠, & per Virginem Mariam, Matrem
 suam ✠, & per Sanctissimum Ioseph ✠,
 & per merita eiusdem Virginis Mariæ, in
 cuius utero clausit illum, quem totus mū-
 dus non capit, cuius vbera lactaverunt
 Deum verum, & hominem, & per San-
 ctos Angelos, & Archangelos ✠, & per
 Sanctum Ioannem Baptistam, qui Christū
 in Iordane Baptizavit, & per Cæteros Pa-
 triarchas, & Prophetas Dei, Apostolos,
 & Evangelistas, & per fidem, & potesta-
 tem illorum, & per omnes Martyres, &
 Confessores, & Virgines Dei ✠ vos ad-
 juro, & præcipio, ✠ ut amplius ne co-
 medatis, nec lædatis vineas, &c. quæ sunt
 in termino hoc, & finibus eius, sed statim
 fugiatis, & si contrario feceritis Dominus
 noster Iesus Christus, qui portas inferi
 confregit, & diabolos constringit, ipse
 vos maledicat, & percutiat per Sanctum
 Angelum suum, & confringat molas, &
 dentes vestros.

Agora mata la Cuca con el pie. Et

Et vrat, & percutiat vos, & omnes Angelos maledictos, sicut Sodomam, & Gommorram percutit; ipse vos constringat, ut meam voluntatem faciatis, quatenus detur ei honor, & gloria, & vobis maledictio sempiterna. Qui venturus est iudicare saeculum, &c.

AD SEPTEMTRIONEM.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.
Sequentia S. Evangelij secundum Lucam.

Gloria tibi Domine.

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis. Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit. Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio magno dicentes. Domine etiam demonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: videbam Satãnam sicut fulgur de Cœlo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici:

mici: & nihil vobis nocebit. Verum ta-
men in hoc nolite gaudere, quia spiritus
subijciuntur vobis: gaudete autem, quia
nomina vestra scripta sunt in Coelis.
Laus tibi Christe.

Per Evangelica sancta dicta præcipio
vobis Behemot, Apolion duces lo-
custarum, &c, vt fugiatis cum toto
exercitu vestro maledicto á termino hu-
ius Civitatis, ita vt vineæ, &c. in colu-
mes manean, in nomine Patris ✠ & Filij
✠, & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Antiphona Flexis genibus.

Mater Dei, Regina Coeli, ne dese-
ras nos, positos in tribulatione, sed
succurre nobis, Mater pijsissima, cõ-
tra inimicos nostros, & fac illos adimple-
re omnia, quæ in tua virtute præcipio.
✠ Ora pro nobis Sancta Dei, &c. R. Vt
digni efficiamur, &c.

ORE-

OREMVS.

O Sperantium omnium Spes Maria, Regina Cœlorum, & tribulatorum pijsissima consolatrix, propter illas, te præcamur, angustias, quas in acerbissima Passione, & ignominiolo Crucis patibulo dulcissimi Filij tui sustulisti, quatenus huic termino a dæmonibus vexato tua pietate subuenias, ne ab his maledictis locustis vltterius destruat, nec insidijs circūdetur. Per Filium tuum dulcissimum Iesum Christum dominum nostrum. Amen.

AD IURATIO.

O Miserrime Behemot, quôd nulla creatura miserior, vel imprudentior, quam tu, quomodo post tantam gloriam aude comparere, & brutalis, immo porcissimus, moliri rugitus erubescere miserrimi, & fuge dei omnipotentiam, veritus, & dilcede victus, & prostratus cū sua vili, & de prava tempestate locusta-

tarum, &c. in loca inhabitabilia, vbi non aratur, nec seminatur, nec nomen Domini invocatur. Per eum qui venturus, &c.

OPPROBRIA AD DÆ- mones.

A Vdi, Audi, audi Behemot spiritus à Deo maledicte, & præcipitate-perpetualiter in pœna æternali, nefandissime, nequissime, deo rebellis, mē-dax, Pater, & proditor, radixque omnium malorum, origo discordiæ, vitiorum fomes, insensate, susurrator, hæretice, aposthata, & porcissime, foetidissime, omni bono vacue, & omni malo plene, reprobe fili perditionis, & maledictionis æternæ, hostis humani generis, vitæ raptor, justitiæ declinator, origo avaritiæ, serpens vilissima, lupe rapacissime, deiectio totius Angelicæ naturæ, incipiens, recognosce igitur sententiam tuam horribilem, & pœnam terribilem, amaram, fortem, & multis flagellis,

gellis, & angustijs plenam, quoniam nominibus, & verbis divinis rebellis fuisti, & tantorum nominum, honore, reverentia, timoreque, & obedientia dignorum; statim volo dare, & dabo tibi, spiritus nequissime, potenter, & horribiliter sententiam, auctoritate, virtute, & potentia magni Dei omnipotentis, qui creavit Coelum, & terram, & omnia quae in eis sunt, & permanent. Qui venturus est iudicare, &c.

B Ehemot, Apolion, Beelzebub, audite, audite, & intelligite verba oris mei, conjuro ☩ vos, & Exorciso, & fortius adstringo ☩ per Michaelem Archangelum Principem militiae Coelorum, & per illam visionem, & revelationem quando signum magnum apparuit in Coelo, & ecce Draco magnus, & rufus, habens capita septem, & cornua decem, & in capitibus suis decem dia de mata, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum Coeli, & missit eas in terram: & factum est

prælium magnum in Cœlo, Michael, & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & Angeli eius non prævaluerunt, nec locus eorum inventus est in Cœlo. Memento Luzifer quando cecidisti, qui mane oriebaris fac meam voluntatem, & fuge ✠ cum toto exercitu locustarum, &c. & omnium animalium nocivorum, ab omnibus finibus, & possessionibus huius Civitatis, comodo, vt non comedant, nec cædant vineas, &c. quæ sunt in finibus eius, & si contrario feceritis iubeo, & impero auctoritate, qua fungor Luzifero, Satanæ, & omnibus furijs infernalibus, quod statim, & sine mora, vos in stagnum ignis, & sulphuris præcipitent, & incessabiliter ligent, & affligant quia vestro creatori fuistis rebelles. Per eum qui venturus est, &c.

AD MERIDIEM.

ÿ, Dominus vobiscū &c. Et cū spiritu tuō.

Sequen-

Sequentia S. Evāgelij secundū Mattheum.

Gloria tibi Domine.

IN illo tempore convocatis Iesus duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut eijcerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem, duodecim Apostolorum nomina sunt hæc: Primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Philippus, & Bartholomeus, Thomas, & Matheus publicanus, & Iacobus Alphei, & Thadeus, Simon Cananeus, & Iudas Iscariotes qui & tradidit eum; hos duodecim misit Iesus præcipiens eis dicens: in viam gentium ne abieritis, & in civitates samaritanorum ne intraveritis, sed potius ite ad oves quæ perierunt domus Israel, euntes autem prædicate dicentes, quia appropinquavit regnum Cœlorum, infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, dæmones eijcite, gratis accepistis gratis date. Laus tibi Christe.

D

Per

Per Evangelica sancta dicta præci-
pio vobis Behemot, Apolion, duces
locustarum, &c. vt fugiatis cum to-
tò exercitu vestro maledicto à termino
huius Civitatis, ita vt vineæ, &c. in co-
lumes maneant, in nomine Patris ✠, &
Filij ✠, & Spiritus ✠ Sancti Amen.

Conjuro, & exorciso ✠ hac viriliter
astringo Behemot, Apolion, Beel-
zebub duces locustarum, &c. &
omnium animalium nocivorum, & prin-
cipes omnium legionum infernerum Lu-
zifer, & Satána cum socijs vestris. Itè ù
vos conjuro, & fortius impero cui libet
vestrum, qui hanc tempestatem locusta-
rum, & omnium animalium ducitis, vel
per quos hæc tempestat mota est, per hæc
Sacratissima nomina omnipotentis Dei,
vide licet, Thehagramaton ✠ Geova
✠ Elei ✠ Sadai ✠ Helly ✠ Adonay ✠
Sabahot ✠ Sotheri ✠ Agios ✠ Otheos
✠ Achanatos ✠ Schiros ✠ Eleison ✠ Al-
pha ✠ Omega ✠ Paracletus ✠ Christus
✠ Iesus






✠ Iesus ✠ Deus ✠ Dominus ✠ Creator
 ✠ Principium ✠ Fortis ✠ Sanctus ✠
 Bonus ✠ Immutabilis ✠ Caput ✠ & Fi-
 nis ✠ Primus ✠ Novissimus ✠ Messias
 ✠ Emmanuel ✠ Unigenitus ✠ Primoge-
 nitus ✠ Verbum ✠ Gloria ✠ Sapien-
 tia ✠ Iustitia ✠ Splendor ✠ Lux ✠ Laus
 ✠ Imago ✠ Origo ✠ Mediator ✠ Via
 ✠ Veritas ✠ & Vita ✠ Sponsus ✠ Pas-
 tor ✠ Propheta ✠ Sacerdos ✠ Fons ✠
 Leo ✠ Agnus ✠ Ovis ✠ Serpens ✠
 Aries ✠ Vermis ✠ Sol ✠ Panis ✠ Flos
 ✠ Vitis ✠ Mons ✠ Ianua ✠ Aquila
 ✠ Lapis Angularis ✠ Per totam igitur
 virtutem istorum nominum. vos ad ju-
 ro, & præcipio, vt statim, & sinè mo-
 ra fugiatis vos, & faciatis fugere istam
 malevolam tempestatem locustarum, &c.
 & omnium animalium nocivorum in ma-
 re, & in fluvios, vel in loca silvestria, &
 inhabitabilia, vbi non aratur, nec semi-
 natur, nec nomen Domini invocatur, co-
 modo, vt non comedant, nec corrodant
 vineas, &c quæ sunt in termino huius Ci-

vitatis, & per ipsum vos impero, qui dedit decorem Coeli abundantiam, & pinguedinem; & si abire distuleritis, maledictio Domini nostri Iesu Christi, & indignatio Sanctissimæ Trinitatis descendat, & maneat super vos, & conterat dentes vestros, & percutiat vos in ira furoris Dei, sicut percussit exercitum Pharaonis, & subvertit rotas, & currum eius in profundum abyssi, & percussit omnia primogenita in terra Egypti ab homine usque ad pecus, ipse sua pietate vos compellat exire à termino istius Civitatis, & vos foras mittat, & puniat sua iustitia, & in abyssum maris vos transmittat. Qui venturus, &c.

Hecha en el agua de la Cucha.

CONIURATIO.

Conjuro vos, & Exorcito Apolion, Behemot, per Patrem ☩ & Filium ☩ & Spiritum ☩ Sanctum, & per individuum Trinitatem, & per Beatissimæ Virgi-

Virginis Mariæ Virginitatem, & Sancti-
 ssimi Ioseph  Ad iuro, & impero per
 Angelum Michaelm, Gabrielm, Ra-
 phaelem, & per eorum virtutes, & pe-
 Thronum Divinæ Maiestatis, & per Ag-
 num immaculatum de Altissimo Primo-
 genitum, & ex Maria Virgine natū, quam
 Angelus annuntiavit, & per Sanctissima
 nomina Omnipotentis Dei, & omnia no-
 mina virtuosissima Domini nostri Iesu
 Christi, Dei omnipotentis, vivi, & veri,
 vobis contradico qui vestra culpa, & su-
 perbia de Cœlo eiecti fuistis, & de ex-
 celso Throno expulsi. Vos iterum Exor-
 ciso  ac vobis impero, per ineffabilem
 Creatoris potentiam, & per Angelicas
 potestates Cœlorum, & per Angelos,
 Thronos, Dominationes, Principatus, Po-
 testates, Virtutes, Cherubim, & Sera-
 phim, qui quotidie non cessant clamare
 dicentes Sanctus  Sanctus  Sanctus
 Dñs. Deus Sabahot, vt sine aliqua mo-
 ra recedatis de hoc termino, nec possis
 nocere fructibus terræ, vt præceptum

D; est

est vobis in nomine Patris ✠ & Filij ✠ &
Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Conjuro vos iterum immundissimi
spiritus Behemot, Apolion, Beel-
zebub, qui ducitis istam pessimam
tempestatem locustarum, &c. & omnium
animalium nocivorum, vel vos per quos
hæc tempestat mota est, & omnis legio,
& incurfio Satanæ, in nomine omni po-
tentis Dei ✠ qui vos creavit, & suo præ-
cepto existis de Cœlo, per superbiam
vestram; & per Deum ✠ Filium Iesum
Christum Nazarenum, qui per suam Pas-
sionem, Sanguinem, & Crucem redemit
mundum, & nos liberavit à vestra, &
omnium demonum potestate, & crude-
lissima servitute, & nobis super vos de-
dit potestatem, & virtutem; & per Deum
Spiritus ✠ Sanctum, à Patre, & Filio
non factum, nec creatum, sed ab utroque
procedentem, vos ad juro, & constringo
✠ & iterum præcipio vobis auctoritate
beatorum Petri, & Pauli, & aliorum

su-

55

Successorum beatissimi Petri, ut statim fugiatis cum exercitu malo locustarum, &c. & omnium animalium nocivorum, & faciatis illas fugere ab omnibus finibus, & possessionibus istius Civitatis tal modo, ut non possint lædere fructus terræ; facite hoc, diaboli maledicti, in nomine Patris, ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.
Sequentia S. Evangelij secundum Marcū.
Gloria tibi Domine.

In illo tempore: Dixit Iesus Discipulis suis: habete fidem Dei, Amen dico vobis: quia quicumque dixerit huic monti: tollere, & mittere in mare: & non hæsitaverit in corde suo, sed crediderit quia quodcumque dixerit fiat, fiet ei. Propterea dico vobis, omnia quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, & evaniet vobis. Laus tibi, &c.

Per Evangelica sancta dicta præcipio vobis Behemot, Apolion, duces locustarum.

D4

cus-

cultarum, &c. & omnium animalium nocivorum, vt fugiatis cum toto exercitu vestro maledicto á termino huius Civitatis, ita vt vineæ, &c. in columnes maneant, in nomine Patris ☩, & Filij ☩, & Spiritus ☩ Sancti. Amen.

AD ORIENTEM.

Antiphona.

Sacerdos, & Pontifex, & virtutum opifex, Pastor bone in populo ora pro nobis Dominum.

ψ. Amavit eum Dominus, & ornavit eum.
 ℞. Stulam gloriæ induit eum.

OREMVS.

Deus qui Beato Gregorio Confessorituo atque Pontifici contra locustarum, &c. tempestatem, specialem gratiam contulisti, concede propitius, vt qui tua beneficia poscimus de-

voté,

votè, eius meritis, & precibus, ac corrotio-
ne, & consumptione ipsorum, & quatu-
cumque aliarum pestium infructibus nos-
tris misericorditer liberemur. Per Chris-
tum Dominum nostrum, &c.

Behemot, Apolion, Beelzebub, in-
ferne, & ignis infernalis, & vos
omnes demones infernales, & prin-
cipes, & vos omnes poenæ infernales au-
dite, audite, & intelligite verba oris mei,
per Sanctam Mariam Matrem Domini
nostri Iesu Christi, & per tremendum diē
judicij, & per Omnipotentiam totius cu-
riæ Coelestis, & per omnia verba quibus
tu inferne, & ignis infernalis, & vos om-
nes demones infernales scilicet Behemot,
Apolion, Beelzebub conjurari, constrin-
gique potestis, in nomine Iesu Christi Cru-
cifixi ✠ per illa omnia, fortius, & stric-
tius, ac viriliter impero, & exorciso prin-
cipem tenebrarum Luziferum, vt his re-
quissimis spiritibus cum sua potestate, &
tempestate locustarum, &c. nullam vim

Ds

relin-

relinquens, sed eos trahere ad te, & venire facias festinanter cum omni furia tua, & indignatione, statimque deficient, sicut deficit fumus, & cera à facie ignis liquescit, & vos omnes dæmones infernales, & pœnæ ignis infernalis, & tu infernalis contra hos nequissimos dæmones, & malevolam tempestatem omnium animalium nocivorum, & ite omnes vos in loca arida, vbi nulli Christiano nocere possitis. Per eum, qui venturus est iudicare sæculum per ignem. Amen.

O Dæmones nequissimi, & tempestas locustarum, &c. percutiat vos Deus ✠ Pater, percutiat vos Deus ✠ Filius. Percutiat vos Deus ✠ Spiritus Sanctus. Destruat vos, Deus ✠ Pater. Destruat vos Deus Filius ✠. Destruat vos Deus ✠ Spiritus Sanctus. Comprimat vos Deus ✠ Pater. Comprimat vos Deus ✠ Filius. Comprimat vos Deus ✠ Spiritus Sanctus. Sanctus Mattheus, Sanctus Marcus, Sanctus Lucas, Sanctus Ioan-
nes,

nes, qui Christi Evangelium, per quatuor
partes mundi divulgarunt, ipsi suis meritis.
Hanc etiam tempestatem locustarum, &c.
& omnium animalium nocivorum, ab om-
nibus Christianorum finibus, ab eodem
Domino nostro Iesu Christo obtineamus
effugari, & depelli.

Heche por el ayre de la Cua.

Et ego peccator, & Christi Sacerdos, li-
cet indignus, auctoritate, & virtute eius-
dem Dei, & Domini nostri Iesu Christi
summi Imperatoris non mea potentia in-
nixus, & confisus, vobis præcipio, im-
mundissimi spiritus, qui hanc tempesta-
tem locustarum, &c. & omnium animalium
nocivorum conelatis, invirtute eiusdem
Dei, & Domini nostri Iesu Christi. Per
Sanctam eius Incarnationem ✠. Per San-
ctam Nativitatem ✠. Per Baptismum,
& ieiunium ipsius ✠. Per eius Sanctissi-
mam Passionem, & Mortem ✠. Per San-
ctam Resurrectionem ✠. Per suam ad-
mirabilem Ascensionem ✠. Per Advē-
tum Spiritus Sancti Paraleti ✠. Et per

tremendum Adventum eius ad iudicium
 ✠ & sanctissimam Crucem, quam con-
 tra vos facio, & pono ✠. Per merita in-
 temeratae semper Virginis Mariae Dei Ge-
 nitricis ✠, & per merita Sanctissimi Io-
 seph ✠, & omnium sanctorum, vt sta-
 tim exeatis ab omnibus terminis huius
 Civitatis in mare, vel in loca silvestria, &
 inculta, quatenus nocere non possitis fru-
 ctibus, &c. aut quibus cumque rebus, hu-
 manis vsibus deputatis. Per eundem Do-
 minum, &c.

AD OCCIDENTEM.

O Abominabiles, & immundissimi
 spiritus Behemot, Apolion, Beel-
 zebub cum socijs vestris, & vestra
 malevola tempestate locustarum, &c. &
 omnium animalium corrodentium, male-
 dicti, blasphemi, excommunicati, sitis in
 poena eternali, vt nulla requies sit vobis,
 & ipso facto omnis locus, & omnis situs
 vester interdictus sit praeter centrum mū-
 di,

di, & ego vt Christi minister in stagnum ignis, & sulphuris præcipito, & æternaliter condemno, & ibidem virtute omniũ supradictarum maledictionum, & ligationum, vos maledico, & vsque in profundum abissi, vsque ad diem iudicii proijcio, & religo, vt sitis subiecti omnibus pœnis infernalibus a crius, & durius Luzifero, quia fuistis rebelles sanctis actis, Sacratissimis mysterijs, & nominibus Dei. Amen.

OREMVS.

DEus qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, præces populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte, & hanc plagã vermium, &c. & omniũ animalium nocivorum aufer à nobis. Per Christum, &c.

O Spiritus immundi, ego virtute Iesu Christi Domini nostri, & potestate mihi concessa præcipio vobis lo-

cular, &c. & diaboli maledicti, & con-
 tringo vos, vt simul ab omnibus finibus,
 & possessionibus istius Civitatis fugiatis,
 & recedatis, neminem lædentes; & hoc
 præcipio vobis per Deum ✠ Patrem Om-
 nipotentem, & per Deum, & Dominum
 nostrum Iesum ✠ Christum Filium eius,
 & per Deum Spiritum ✠ Sanctum, & per
 potestatem nobis concessam, dicentem:
 ecce dedi vobis potestatem calcandi supra
 serpentes, & scorpiones, & supra omnem
 virtutem inimici; & per illam potestatem
 nobis iterum concessam dicendo: signa
 autem eos qui crediderint hæc sequentur,
 in nomine meo dæmonia eiicient, serpen-
 tes tollent. Per quam potestatem vobis
 impero, & iubeo, vt statim absque vlla
 mora fugiatis, & recedatis ab omnibus fi-
 nibus, & possessionibus huius Civitatis,
 & non lædatis fructus terræ, nec vobis sit
 potestas damnandi vineas, &c. quæ sunt
 istius Civitatis, & si non feceritis omnia
 quæ præcipio vobis in virtute Iesu Chris-
 ti, ipse Dominus noster Iesus Christus, ✠

per

63

per suam Passionē, Sanctissimā ✠ Crucē,
& Sāguinē ✠ augeat super vos crudelissi-
mas pœnas, & carceres, & ille cum exer-
citu Angelorum veniat super nos. *Lucme*
dela Cruz. Et super vos ignem mittat, &
tali modo vrat vos, sicut nomina cuius-
libet vestrum comburuntur in ignē æter-
num. Amen.

Agora à los quatro vientos.

AD ORIENTEM.

I Pse vobis imperat, dæmones inferna-
les spiritus immundi, qui has locuf-
tas, &c. concitatis ✠ de quo de nu-
be lucida dictum est: hic est Filius meus
dilectus in quo mihi bene complacui.

AD OCCIDENTEM.

I Pse vobis imperat, qui sua Sacratissi-
ma ✠ Cruce ✠ & Corporis sui San-
ctissimi, in ea extensione; á erempurgavit.

D8

AD

AD MERIDIEM.

I Pse vobis imperat, qui per mortem suam vos ✠ principemque vestrum, mortemque ✠ devixit, & ligavit, atque æterno genere mancipavit ignium.

AD AQUILONEM.

I Pse vobis imperat, qui inferno expoliato, surrexit à mortuis ✠.

AD ORIENTEM.

I Pse vobis imperat ✠ qui post quadraginta dies, nube susceptus virtute sua ascendit in Cœlum.

AD OCCIDENTEM.

I Pse vobis imperat ✠ qui venturus est iudicare sæculum per ignem. Amen.

AD

AD MERIDIEM.

B Ehemot, Apolion, Beelzebub prin-
 cipes, & duces locustarum, &c. con-
 juro, & constringo vos nefandis-
 simos spiritus, per Deum ☩, quem Moy-
 ses nominavit, & omnes aquæ fluminum,
 & paludum in terra Egypti veritæ sunt in
 sanguinem, & putruerunt; & per
 illum ☩ vos ad juro, quem Moyses no-
 minavit, & omnia fluminina se in ranas ver-
 terunt, quæ ascenderunt in domos Eryp-
 tiorum, omnia destruentes: Per eum vos
 ☩ ad juro quem Moyses nominavit per-
 cutiens pulverem terræ, & factæ sunt
 cineres in omnibus terris Egypti ipsos
 gravando, & molestando: Per ipsum vos
 iubeo ☩ quem Moyses nominavit, & gra-
 vis pestis percussit omnes Asinos, & Bobes,
 & Camelos, & mortui sunt; conjuro vos
 ☩ per quem Moyses tulit cinerem, & as-
 persit in aerem, in hominibus, & jumen-
 tis in omni terra Egypti: Per ipsum exor-
 ciso ☩ quem Moyses nominavit, & fecit

E

gran-

grando, qualis non fuit ab initio mundi
 usque ad præsens tempus, ita quod homi-
 nes, & iumenta qui erant in agris cecide-
 runt: Per ipsum vos ✠ ad iuro, quem
 Moyses nominavit, & fuerunt factæ lo-
 custæ, & apparuerunt super faciem terræ,
 & devoraverunt quæquæ residua fuerunt
 à grandine; impero vos ✠ per illum, quæ
 Moyses nominavit, & tenebræ factæ sunt
 horribiles tribus diebus, & noctibus: Et
 per eum, quem Moyses nominavit, &
 omnia primogenita Egypti perierunt ✠:
 Per ipsum vos ad iuro, quem Moyses no-
 minavit, & totum populum Israeliticum
 de captivitate potenter liberavit ✠, &
 per eum vos ad iuro, & conjuro ✠ qui ven-
 turus est iudicare sæculum per ignem, &c.

AD AQUILONEM.

Antiphona

Angeli, Archangeli, Throni, &
 dominationes, Principatus, & po-
 tes.

testates virtutes Cœlorum laudate Domi-
num de cœlis,

ÿ. Stetit Angelus iuxta aram Templi.
℞. Habens thuribulū aureum in manu sua.

OREMVS.

DEus qui miro ordine Angelorum
ministeria, hominumque dispen-
sas, concede propitius, vt à quibus
in Cœlo ministrantibus semper assistitur,
ab his in terra vita nostra muniatur. Per
Christum Dominum nostrum, &c.

Apo'ion, Behemot, Beelzebub audi-
te verba oris mei, & intelligite:
conjuro vos ✠ compello, costringo,
ac viti iter impero, per gloriosissimam
Mariam ✠ Virginem Matrem Domini
nostri Iesu Christi. Per novem ordines
Angelorum ✠. Per Sanctos, & Sanctas
Dei ✠. Per totam Curiam Cœlestem ✠.
Per Sanctissimam, & dulcissimam Anun-
ciationem ✠. Per gloriosam Domini Na-

civitatem ✠. Per Passionem ✠ eius, &
 lamentationem, & clamorem eius in Cru-
 ce dicentis: Eli, Eli, Lamma Sabacthani?
 ✠ Per crudelem Mortem eius ✠. Per
 gloriosissimam Resurrectionem eius ✠.
 Per Sancti Spiritus in Apostolos missionē
 ✠ Per admirabilem Ascensionem ✠. Per
 eius magnificentiam, & victoriam ✠. Per
 tremendum diem iudicij ✠ vt non habe-
 ris potestatem, neque licentiā nobis malū
 faciendi, neque locustas, &c. iactandi intra
 terminos istos nobis commissos, per vir-
 tutem eiusdem Dei, & Domini nostri Ie-
 su Christi. Qui venturus est iudicare, &c,

Antiphona.

R Ecordare Domine Testamenti tui,
 & dic Angelo percutienti, cesserit
 iam manus tua, & non desoletur
 terra, & ne perdas omnem animam vivē-
 tem. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie
 eleison. Pater noster. Et ne nos iducas.
 Sed libera nos.

V. Do.

ψ. Domine non secundum peccata nostra facias nobis.

℞. Neque secundum iniquitates nostras retribas nobis. ψ. Domine exaudi.

℞. Et clamor. ψ. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu.

OREMVS.

DEus cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram, vt nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena cōstringit miseratio tuæ pietatis clementer absoluat. per Christum, &c. Amen.

AD ORIENTEM.

Conjuro vos, Iniquissimi ✠ spiritus, per illum sacratissimum agnum, qui pro nostra salute occidi voluit, qui ambulat super aspidem, & qui conculcat draconem, & leonem, qui occisus est ab origine mundi, cuius passio, & mors ex

E 3

tunc

nunc effectum habere cæpit in eis, qui
meritis eius à Deo Patre reservati sunt.
Amen.

AD OCCIDENTEM.

Conjuro ✠ te iniquissime Dæmon
Behemot, per illum cuius viæ ius-
tæ, & veræ sunt, qui est Christus
Iesus, est enim Iustus, persecutores ex-
terminando, est Iustus, ab eorum perse-
cutoribus liberando, est verus in promissa
tribulatis per eos reddendo; opera enim
Dei sunt magna, per potentiam, quâ om-
nia quæ vult facit; mirabilia, per Sapien-
tiam, quâ omnia, sicut vult, disponit, Ius-
tus, per æquitatem, quâ omnem injusti-
tiam ab eis excludit, vera sunt, per mise-
ricordiam, quâ in se sperantibus semper
assistit. Amen.

Avdite ergo, ò miserrimi, & iniquis-
simi spiritus Behemot, Apollion,
qui tam immensa, & ineffabilia do-
na

na á vestro conditore, in principio vestre
 conditionis recepistis, iudice, inquam, vos,
 qui in signum maxime ingratitude vest-
 ræ non solum rebelles, & ingrattissimi ex-
 tivistis, sed etiam vice illius, ab Angelis,
 ab hominibus, & Christo adorari voluif-
 tis; quia vero in hoc iudicio, tanquam Vi-
 carius illius summi iudicis potestate mihi
 tradita ab illo, quando discipulis suis di-
 xit, quodcumque ligaveritis super terram
 erunt ligata, & in Cælis, Nomina illius
 invocando, & Beatæ Virginis Mariæ, eius
 Matris, & Sanctissimi Ioseph, nec non
 Beatorum Confessorum Prosperii, Gemi-
 niani, & Zenonis, ac Sanctorum Cypria-
 ni, & Iustinae, martyrum, ac totius Cu-
 riæ triumphantis, ratificando, & appro-
 bando latam superius sententiam per sum-
 mum Creatorem, ita ego pronuncio tam-
 quam vult supra, Vicarius, & declaro, ac
 impero vobis, quod sine mora, ac omni
 occasione post posita, hunc terminum,
 quem tan un molestatis, modò relinqua-
 tis pristinae suæ sanitati, & nunquam de

UNA

E4

in.

in ceptis moleſtare valeatis cum veſtra male-
 dicta tempeſtate locuſtarum, &c. & om-
 nium animalium nocivorum : Item impe-
 ro ✠ mando ✠, & iubeo ✠ etiamque
 præcipio (auctoritate, qua fungor ſupra
 Behemot, Apolion) ſatanæ, & omnibus
 furijs infernalibus, quod ſtatim, & ſine
 mora in ſtagnum ignis, & ſulphuris eatis,
 & in profundum inferni præcipiteris, vt
 ſupra ſententiatum eſt, & in diſpenſabili-
 ter vos ligent, & affligant omnibus pœnis,
 vſque in diem iudicij, quia veſtro Crea-
 ori rebelles fuiſti, & nobis, & præcep-
 tis ſuis, & Beatæ Virginis Mariæ, & dictis
 Apoſtolorum, & Evangelistarum, Mar-
 tyrumque, & Confefſorum omnium, di-
 cta, lectaque neglexiſti, vos omnes con-
 demno ad infernale ſupplicium, & ignem
 qui vos vrat, & ex ipſius præſentia Dei
 exeat, qui vos comburat ipſo iubente, qui
 vna cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, &
 regnat in ſæcula, ſæculorum. Amen.

Antiphona.

S Vb tuum p̄sidium confugimus, Sã-
 eta Dei Genitrix; nostras depreca-
 tiones ne despicias in necessitatibus,
 sed a periculis cunctis libera nos semper,
 Virgo gloriosa, & benedicta.

Antiphona.

H Ic vir despiciens mundum, & ter-
 rena triumphans divitias Cælo con-
 didit ore, manu. ψ. Dignare me lau-
 dare te Virgo Sacrata. R. Da mihi virtutem
 contra inimicos tuos. ψ. Iustum deduxit
 Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi
 regnum Dei. ψ. Non nobis Domine. non
 nobis. R. Sed nomini tuo da gloriam.

OREMVS.

C Oncede misericors Deus fragili-
 tati nostræ p̄sidium, vt qui San-
 ctæ Dei Genitricis memoriam agi-

Eꝯ

mus,

mus, intercessionis eius auxilio à nostris iniquitatibus resurgamus.

Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adiuvemur, vt quod possibiilitas nostra non obtinet eius intercessione donetur.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni, & adiuuando prosequere, vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te accepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Benedictio Dei Patris ✠ & Filij ✠, & Spiritus ✠ Sancti, & merita Beatæ Virginis Mariæ, & Sanctissimi Ioseph, & Omnium Sanctorum descendat super nos, & super hunc terminum. Amen.

CAP.

CAP. VI. IN QVO CONTI-
netur Exorcismus formidabilis, &
magna virtutis, editus auctorita-
te Illustriss. & Excelentiss. D. D.
Ioannis à Ribera Patriarchæ An-
tiiocheni, Archiepiscopi Valen-
tini, contra locustas, & alia,
animalia corrodenia
fructus terræ.

Sacerdos pro expellenda vastatione sege-
tum, & fructum, accipiat stolam cum plu-
viali, & processionaliter, precedente Cruce,
accedat ad altare, & dicat sequentem
orationem.

Domine Deus omnipotens crea-
 tor, & conservator generis huma-
 ni, qui in tempore tribulationis
 peccata dimittis his, qui invocant te, &
 misericordiam facis, maiestatem tuam in
 afflictione locustæ, & bruchi, & animalium

corrosivorum) exorantibus aures tuæ pietatis accommoda propter nominis tui gloriam, & honorem. Per Dominum, &c.

Postea genibus flexis incipiat Sacerdos Litanias, clero respondente.

K Yrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de Cœlis Deus, miserere.

Fili Redemptor mundi Deus, miserere.

Spiritus sancte Deus, miserere.

Sancta Trinitas vnus Deus, miserere.

Sancta Maria, ora pro nobis.

Sancta Dei Genitrix, ora.

Sancta Virgo Virginum. ora.

Sancte Michael, ora.

Sancte Gabriel, ora.

Sancte Raphaël, ora.

Omnes sancti Angeli, & Archangeli.

orate pro nobis.

Omnes sancti Beatorum Spirituum or-

dines, orate.

Sancte

Sancte Ioannes Baptista,	Ora.
Sancte Ioseph,	Ora.
Omnes sancti Patriarchæ, & Prophetæ	O. a. c.
Sancte Petre,	Ora.
Sancte Paule,	Ora.
Sancte Andræa,	Ora.
Sancte Iacobe,	Ora.
Sancte Ioannes.	Ora.
Sancte Thoma,	Ora.
Sancte Iacobe,	Ora.
Sancte Philippe,	Ora.
Sancte Bartholomæe,	Ora.
Sancte Matthæe,	Ora.
Sancte Simon,	Ora.
Sancte Thadæe,	Ora.
Sancte Mathia,	Ora.
Sancte Barnaba,	Ora.
Sancte Luca,	Ora.
Sancte Marce,	Ora.
Omnes Sancti Apostoli, & Evange-	
listæ,	orate.
Omnes Sancti Discipuli Domini.	orate.
Omnes Sancti Innocentes,	orate.

Sancte Stephane,	ora.
Sancte Laurenti,	ora.
Sancte Vicenti,	ora.
Sancte Maure,	ora.
Sancte Dionysi,	ora.
Sancte Georgi,	ora.
Sancte Christophore.	ora.
Sancte Ponti,	ora.
Sancti Fabiane, & Sebastiani,	orate.
Sancti Ioannes, & Paule,	orate.
Sancti Cosma, & Damiane,	orate.
Sancti Gervasi, & Protasi,	orate.
Sancti Abdon, & Senen,	orate.
Omnes Sancti Martyres,	orate.
Sancte Silvester,	ora.
Sancte Gregori,	ora.
Sancte Valeri,	ora.
Sancte Ludovice,	ora.
Sancte Ambrosi,	ora.
Sancte Augustine,	ora.
Sancte Hyeronime,	ora.
Sancte Martine,	ora.
Sancte Nicolae,	ora.
Omnes sancti Pontifices, & Confessores,	orat.

Omnes

Omnes Sancti Doctores,	orate.
Sancte Macari,	ora.
Sancte Arleni,	ora.
Sancte Hilarion,	ora.
Sancte Serapion,	ora.
Sancte Antoni,	ora.
Sancte Ægidi,	ora.
Sancte Benedicte,	ora.
Sancte Bernarde,	ora.
Sancte Dominice,	ora.
Sancte Francisce,	ora.
Sancte Bernardine,	ora.
Sancte Roche,	ora.
Omnes sancti Monachi, & Eremitæ,	orate.
Omnes sancti Sacerdotes, & Levitæ,	orat.
Sancta Maria Magdalena,	ora.
Sancta Agatha,	ora.
Sancta Lucia,	ora.
Sancta Agnes,	ora.
Sancta Cæcilia,	ora.
Sancta Elisabeth,	ora.
Sancta Catharina,	ora.
Sancta Anastasia,	ora.
Sancta Gertrudis.	ora.

ES

Omnes

Omnes sanctæ Virgines, & Viduæ, orate.

Omnes sancti, & sanctæ Dei, intercede
dite pro nobis.

Propitius esto, parce nobis Domine.

Propitius esto, exaudi nos Domine.

Ab omni malo, libera nos Domine.

Ab omni peccato, liber.

Ab ira tua, liber.

A subitanea, & improvisa morte, liber.

Ab insidiis diaboli, liber.

Ab ira, & odio, & omni mala volun-

tate, liber.

A spiritu fornicationis, liber.

A fulgure, & tempestate, liber.

A morte perpetua, liber.

Per mysterium sanctæ Incarnationis

tuæ, liber.

Per Adventum tuum, liber.

Per Nativitatem tuam, liber.

Per Baptismum, & sanctum Ieiunium

tuum, liber.

Per Crucem, & Passionem tuam, liber.

Per Mortem, & Sepulturam tuam, lib.

Per sanctam Resurrectionem tuam, lib.

Per

Per admirabilem Ascensionē tuā, liber.
 Per Adventum Spiritus Sancti Paracle-
 ti, liber.
 In die iudicij, liber.
 Peccatores, te rogamus audi nos.
 Vt nobis parcās, te rog.
 Vt nobis indulgeas, te rog.
 Vt ad veram poenitentiam nos perduce-
 re digneris, te rog.
 Vt Ecclesiam tuam sanctam regere, & con-
 servare digneris, te rogamus audi nos.
 Vt domnum Apostolicum, & omnes Ec-
 clesiasticos ordines in sancta religione
 cōservare digneris, te rog. audi nos.
 Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare
 digneris, te rog.
 Vt Regibus, & Principibus Christianis pa-
 cem, & veram concordiam donare
 digneris, te rog.
 Vt cuncto populo Christiano pacem, &
 unitatem largiri digneris, te rog.
 Vt nosmetipsos in tuo sancto servitio con-
 fortare, & conservare digneris, te rog.
 Vt mentes nostras ad coelestia desideria

erigas, **te rog.**
 Ut omnibus benefactoribus nostris sempi-
 terna bona retribuas, **te rog.**
 Ut animas nostras, fratrum, propinquo-
 rum, & benefactorum nostrorum ab
 æterna damnatione eripias, **te rog.**
 Ut fructus terræ dare, & conservare dig-
 neris, **te rog.**
 Ut omnibus fidelibus defunctis requiem
 æternam donare digneris, **te rog.**
 Ut nos exaudire digneris, **te rog.**
 Fili Dei, **te rog.**
 Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
 parce nobis Domine.
 Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
 exaudi nos Domine.
 Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
 miserere nobis.
 Christe audi nos.
 Christe exaudi nos.
 Kyrie eleison.
 Christe eleison.
 Kyrie eleison. **Pater noster. Secret.**
 y. Et ne nos inducas in tentatione.

R. Sed libera nos á malo:

Psalm. 69.

Deus in adiutorium meum intende:
Domine ad adiuuandũ me festina.
Confundantur, & reuerentur: qui quæ-
runt animam meam.

Avertantur retrorsum, & erubescant: qui
volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes: qui di-
cunt mihi, euge, euge.

Exultent, & lætentur in te omnes qui
quærent te: & dicant semper, magnifi-
cetur Dominus qui dilligunt salutare
tuum.

Ego vero egenus & pauper sum: Deus
adiuva me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu:
Domine ne moreris.

Gloria Patri, & Filio, &c,

ÿ. Salvos fac seruos tuos.

R. Deus meus sperantes in te.

ÿ. Esto nobis Domine turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

Y. Nihil proficiat inimicus in nobis.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

Y. Domine non secundum peccata nostra facias nobis.

R. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Y. Oremus pro Pontifice nostro N.

R. Dominus conservet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.

Y. Oremus pro benefactoribus nostris.

R. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam.

Y. Oremus pro fidelibus defunctis.

R. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

Y. Requiescant in pace.

R. Amen.

Y. Pro fratribus nostris absentibus.

R. Salvos fac servos tuos, Deus meus spe-

antes in te.

Y.

Mitte eis Domine auxilium de sancto.
 Et de Sion tuere eos.
 Domine exaudi orationem meam.
 Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS,

DEus cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram, vt nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absoluat.

EXaudi quæsumus Domine supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem.

Ineffabilem nobis Domine misericordiam tuam clementer ostende, vt simul nos, & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis quas pro his meremur, eripias

E;

Deus

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

CLementissime Deus, cum sis magnus, & omnipotens, & per sanctos tuos mirabilia quotidie opereris; ideo tanquam servi inutiles, confugiētes ad intercessionem gloriosæ Virginis Marię, genitricis fili tui, & omnium sanctorum, qui semper te Dominum dominantium in throno sedentē laudant, quæsumus, ut noxiorum tranquillitatem, & fructuum abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Postea Sacerdos dicat quæ sequuntur: vel captis tantum superioribus Litanijs genibus flexis coram altari, postea dum recitatur Litania, processio visitet terminum, ad quem cum pervenerit, dicat Sacerdos.

Per

Per Deum vivum & immortalem. ✠

Per Deum verum. ✠ Per Deum sanctum
✠ præcipio vobis, vt recedatis à termi-
nis nostris, & nihil mali faciatis. Amen.

Per mysterium sanctæ Incarnationis Ie-
su Christi, ac per eius nativitatem præci-
pio vobis, vt recedatis à terminis, seu pos-
sionibus nostrorum finium, & eis nihil
mali faciatis. Amen.

Per hoc signum sanctæ Cru^{ci} ✠ eis Do-
mini nostri Iesu Christi, qui passus est pro
salute nostra, & à mortuis resurrexit, &
in coelum ascendit, & inde venturus est
iudicare vivos, & mortuos, & seculum
per ignem, præcipio vobis, vt recedatis
à possessionibus huius termini, & nihil
mali faciatis. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison.

Kyrie eleison. Pater noster. *Secret.*

✠. Et ne nos indudas in tentationem.

✠. Sed libera nos à malo.

✠. Salvos fac Domine fructus terræ.

✠. Et de Sion tuere eos.

✠. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.


V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

Omnipotens sempiterne Deus qui precibus servi tui Moyſi flare feciſti ventum ab Occidente vehementiſſimum, qui arreptam locuſtam omnia devorantem in agris germinantia proiecit in Mare rubrum, vt nō remanſerit nec vna quidem in cunctis finibus Ægypti, quoniam tu es, qui flagellas, & ſalvas: ita precibus populi pretioſo Filij tui ſanguine redempti, quæſumus, locuſtas, & alia noxia animalia, quæ nos infeſtant, fructuſq; terræ prohibent, corrodunt, & vaſtant, ad nihilum redigi, & abſque eo quod agris noceant, in perditionem ire iubeas per virtutem ſanctiſſimæ Cru^{ci}ſ.

Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui inimici rugientis ſævi.

ſævitiam ſuperas, & hoſtiles nequitias
potenter expuſnas, muro inexpugnabi-
li tuæ potentia præcinge omnes fines no-
ſtros, & totius regni, ne locuſtæ, & alia
noxia animalia amplius ad eos appropin-
quare poſſint, ſed diſperde eas in virtute
dilecti Filij tui Dñi noſtri Ieſu Chriſti, &
per virtutem ſanctiſſimæ Cru  cis.

DEus, qui contritorum non deſpicis
gemitum, & mœrentium non ſper-
nis affectum, queſumus, agros, vi-
neas, arbores, ſegetes, & quocumque
fructus ſub tua protectione cuſtodias, plu-
viam ſuper terram hanc, quam populo
tuo ad poſſidendum dedisti, & imbrem
matutinum, & ſerotinum fluere facias, vt
impleantur aræ noſtræ frumento, & tor-
cularia vino, & oleo, atque reddas nobis
annos, quos comedit locuſta, bruchus,
vermis, rubigo, & eruca, vt liberis tibi
mentibus ſervire, & gratias agere valea-
mus. Per Dominum noſtrum, &c

Postea Sacerdote hyssopo aquam benedictam
 adspergente ad Orientem, Occidentem, Sep-
 tentrionem, & meridiem in modum Crucis,
 Chorus dicat.

Vidi aquam egredientem de templo à la-
 tere dextro. Alleluia. Et omnes ad quos
 pervenit aqua ista, salvi facti sunt, & dicent
 Alleluia, Alleluia.

Deinde benedicat terminum Sacerdos, &
 ad Orientem, Occidentem, Septentrionem,
 & Meridiem conversus, ad singulas partes
 dicat.

Benedictio Dei omnipotentis Pa-
 tris, & Fi-
 lij, & Spiritus Sancti descen-
 dat, & maneat super segetes, & quoscum-
 que fructus huius termini, & Angelus
 Domini bonus custodiat eos semper. Amē.

*CAP. VII. IN QVO CONTI-
netur preparatio Sacerdotis ante
conjuracionem faciendam. Modus, &
forma brevis ad faciendam aquam
benedictam, ac etiam Exorcismus
formidabilis, & terribilis, magne
virtutis, ac experiētia probatus con-
tra nubes, tēpestates fulgurum, gran-
dinum, &c. Ex Manuali Placen-
tino venetijs 1654. Quo utebatur
dictus Fr. Petrus Molina, dicti
Ordinis S. Francisci
Discalceatus*

Antequam Sacerdos incipiat hoc officium conjurandi grandines, seu tempestates á demonibus, sive á quovis aliquo diabolico ministro excita- tas: primam illam præparationem adhibere debet, vt fideliter, firmiterq; credat mysteria Sanctissimæ Trinitatis, & Iesu Christi.

Christi, & omnia illa, quæ Catholica Ecclesia credenda proponit. Altera etiam præparatio maximè necessaria illa est, ut à seipso diligenter quærat, num sit aliquo crimine obstrictus, cuius cum poenitere necesse sit, ne fortè credens destruere, atque fugare tempestatem, aereasque, ac diabolicas potestates, tempestatem ipsam pariter, atque indignationem Dei, contaminatus super nos inducat. Scrutetur igitur conscientiam suam diligenter, ne in aliquo sit mortali peccato, ut priùs contritionis, & si Sacerdotis facultas data sit, confessionis medicamento illud tollatur. Quamvis enim Sacerdos, potestate Sacerdotali licet indignus, coniuret in persona Ecclesiæ, ipsa tamen conjuratio est efficacior, cum ipse Sacerdos mundus est à peccato: illa enim vim habet, & efficientiam ex parte Ecclesiæ, & ipsius Sacerdotis, qui amicus Dei factus faciliùs ab eo in sua ipsius prece exauditur. Hoc igitur optimè affecto, & præparato animo Sacerdos fide viva incensus, & potentia

Dei

Dei fretus, cuius virtute tempestates fugantur, pie, & attentè infra scriptas conjurationes aggrediatur.

Cum Primum videbitur tempus tempestuosum levare, sacerdos cum superpelliceo, & Stola benedicat aquam, & sal, in hunc modum, & sic indutus conjuret.

✠ In nomine Domini nostri Iesu Christi. ✠
✠. Adjutorium nostrum in nomine Domini. ✠.
✠. Qui feci cœlum, & terram.

Exorcismus salis, & aquæ.

EXorcizo te, creatura salis, & aquæ, in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazarenæ, filij Dei vivi, ut sis purgatio, & purificatio, in his locis, in quibus aspersa fueris, ad effugandos immundos, & erraticos spiritus, omnemque nefariam vim diaboli pellendam, & omnes figuras, & minas phantasmatis Satanae exterminandas, & fulgura, & ly-

dera, quæ mitti videntur in domos, arbo-
res, agros, possessiones, turres, vel quam-
cumque habitationem, non hominibus,
aut pecoribus, aut frugibus noceant, sed
abscedant, & fugiant, per invocationem
nominis Domini nostri Iesu Christi, qui
venturus est iudicare vivos, & mortuos
& sæculum per ignem. Amen.

DEPRECATIO CORAM Corpore Christi.

Recordare Domine testamenti tui, &
die Angelo percutienti, cesset iam
manus tua ✠ vt non desoletur ter-
ra, & ne perdas omnem animam vivam.
Vers. Ego sum qui peccavi, ego inique
egi, isti, qui oves sunt, quid fecerunt? a-
vertatur obsecro furor tuus, Domine, à
populo tuo, vt non, &c. ✠ Gloria Patri ✠.

ORE-

OREMVVS.

NE despicias omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamantem, sed propter gloriam nominis tui tribulatis succurre placatus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Finita hac oratione, & deprecatione, recedat statim ad conjurandum, & recedendo, dicat Psalmum.

IN te Domine speravi, non confundar in æternum; in iustitia tua libera me. Inclina ad me aurem tuam; ac cetera vt erasme.

Esto mihi in Deum protectorem & in domum refugij; vt saluum me facias.

Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu; & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

Educes me de loqueo hoc quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

In manus tuas cōmendo spiritum meū,
redemisti me Domine Deus veritatis. Glo-
ria, &c.

*Si fueris extra Ecclesiam, dicat hanc pra-
parationem, vel deprecationem.*

Ego verò à te Domine, qui potens es,
vno nutu eos, delere; victoriam spero
Amen Iesus.

OREMVS.

OMnipotens, & misericors Deus, be-
nedic ✠ nos in hoc opere sancto,
vt hi fructus, & creaturæ rema-
neant sine læsione inimici nostri, in ter-
mino isto in sæcula sæculorum. Amen Iesus.

*Cum autem pervenerit ad locum in quo con-
iurare debet, aspiciat nubes, & fiduciali-
ter dicat cum magna fide sequentes Exor-
sismos, vt sequitur: primùm dicat.*

Deus

D Eus in adiutorium meum intende.
 Domine ad adiuuandū me festina.
 Confundantur, & deleantur omnes, qui
 destruere volunt fructus termini istius.
 Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.
 Confundantur, &c.

EXORCISMVS.

I N nomine Sanctæ Trinitatis. Patris ✠,
 & Filij, ✠ & Spiritus ✠ sancti; vnus
 Deus Amen. Per signum Crucis ✠ de
 inimicis nostris, ✠ libera nos Deus nos-
 ter, ✠ Deus miserere mei, & conserva-
 re digneris fructus agrorum nostrorum, &
 omnium populorum Christianorū. Amen.

OSTENDAT CRUCEM.

E Cce ✠ Crucem Domini nostri Iesu
 Christi, fugite partes aduersæ. Vi-
 cit leo de Tribu Iudá, radix David,
 Alleluia. Christus Vincit, ✠ Christus,
 Regnat, ✠ Christus Imperat; ✠ Christus
 ab omni malo nos defendat ✠ Amen.

G

AD

AD IVRATIO.

EXorcizò te creatura nubes in nomine Dei Patris omnipotentis, ✠ in nomine Iesu Christi Domini ✠ nostri; & in virtute Spiritus ✠ Sancti ut fias nubes exorcizata, ad effugendam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum è radicare, & supplantare valeas, cū Angelis suis Apostolicis, per virtutem eiusdem Domini nostri Iesu Christi. Qui venturus est iudicare sæculum per ignem, Amen.

OREMVS.

DEus in victæ virtutis Auctor, & in superabilis Imperij Rex, ac semper magnificus triumphator: qui aduersæ dominationis vires reprimis, qui inimici rugientis sævitiam superas, qui hostiles nequitias potenter expugnas: te Domine trementes, & suplices deprecamur, ac petimus, ut hanc creaturam nubes

bis dignanter aspicias ✠ benignus illust-
 res, ✠ pietatis tuæ rore sanctifices, ✠ ut
 ubicumque fuerit aspersa per invocationē
 tui sanctissimi nominis omnis infestatio. In
 mundi spiritus abijciatur, & presentia
 sancti spiritus, nobis misericordiam tuam
 poscentibus ubicumque ad esse dignetur.
 Per Christum Dominum nostrum, Amen.
 ꝑ. Hoc signum Crucis erit in Cœlo.
 &. Cum Dominus ad iudicandum venerit.

OREMVS.

EXaudi nos Deus salutaris noster, &
 per Triumphum Sanctæ Crucis a
 cunctis nos, & terminos nostros,
 & nobis cōmissos defende periculis. Per
 Christum Dominum, &c

OSTENDAT CRUCEM.

ECce Crucem Domini nostri Iesu
 Christi, fugite partes aduersæ, vicit
 leo

leo de Tribu Iudà, Radix David, vt nunquam audeatis violare fructus, & terminos nostros, & nobis commissos, & seruos Dei. Per eundem Dom.


OREMVS.

Omnipotens sempiterne Deus, parce metuentibus, propitiare suplicantibus, vt contra noxios ignes nubium, & vim procellarum, in materiã laudis transeat comminatus tempestatis. Per Christum.

AD IVRATIO.

IN nomine Sanctæ Crucis, & indiuiduæ Trinitatis præcipio tibi Dæmõ, siquis in hoc nebulo ades nos ad terminos nostros cupiens infestare, & omnibus tuis socijs maledictis, atque damnatis præcipiendo dico vobis: ite, ite retro Sathana, & socij tui, recognoscite sententiam vestram, & date honorem Deo vivo. &

vero

vero, & date honorem Iesu Christo Domino nostro, & date honorem Spiritui Sancto, & recedite à nobis famulis Dei, & à possessionibus nostris, & nobis commissis, & ab omnibus parrochijs nobis commissis; qui nos Deus, & Dominus noster Iesus Christus ad suam gratiam, & benedictionem, fontemque Baptismatis, & ad Sacerdotalem Ordinem vocare dignatus est; & hoc signum Sanctæ Crucis  quod vobis appono maledicti Diaboli dānati nunquā audeatis violare, præstante eodem Domino nostro Iesu Christo. Qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

OREMUS.

Domine Iesu Christe Fili Dei vivi, qui per salutem humani generis mortis suplitium pertulisti; qui dolores, & languores nostros iuxta vocem propheticam, per Lignum Crucis portasti, ne respicias ad delicta nostra, & ad
G; iniqui-

iniquitates nostras, qui licet indigni cogi-
 mur rogare pro alijs, per immensam cle-
 mentiam tuam, & per virtutem ineffabi-
 lem tuam, exaudi nos pro fructibus ter-
 ræ, vt non deleantur, & per interventum,
 Beatissimæ Virginis Marię, & Omnium
 Sanctorum tuorum salvos fac servos tuos,
 & fructus terræ, & liga modo, & sint
 ligatæ, & cōstrictæ, & interdictæ omnes
 nubes, & omnes Diaboli, & omnes ma-
 litia eorum, per virtutem, & potentiam
 tuam. Qui vivis, &c.

Antiphona.

Sanctæ Michael Archangele defen-
 de nos in prælio, vt non pereamus
 in tremendo iudicio. *ψ.* Stetit Ange-
 lus iuxta aram templi. *℞.* Habens thuri-
 bulum aureum in manu sua.

ORE.

OREMVS.

EXaudi nos Domine Sancte Pater omnipotens, sempiternus Deus, & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visite, & defendat omnes fructus terrę nostrę, & nobis commissos hodie, & in omni tempore. Per Christum, &c.

Nubes dividimini in honorem Dei, qui fecit Cœlum, & terram, mare, & omnia quę in eis sunt, & in honorem eius, & potentiam sitis divisę, & aspersę, & conversę, in aquam bonam, & sanctam, vt nobis non noceatis, neque fructibus terrę nostrę, & nobis commissis. Per Christum.

Per quem hæc omnia Domine semper bona creas, sanctificas, ✠ vivificas, benedicis, ✠ & prestas nobis. Iesus autem transiens per medium illorum ibat. Dixit Dominus, ex Bassan convertam, convertam in profundum maris. ✠

Et dicatur Paternoster in reverentiam Sanctissimæ Trinitatis.

OREMVS.

Domine Iesu Christe Fili Dei, vivi qui in hunc mundū venisti propter peccatores de sinu Patris tui, mittere digneris super nos misericordiam tuam. Amen.

Ad iuro vos, nubes nocivæ, in nomine Domini ☩ nostri Iesu Christi, qui dono gratuito omnipotentis virtutis suæ, dedit nobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & per virtutem sanctæ, & individuæ Trinitatis Patris, ☩ & Filij, ☩ & Spiritus ☩ Sancti. Et per Beatissimam Mariam Matrem Domini nostri Iesu Christi, & per Sanctum Michaellem principem Gloriosissimum militiæ cælestis, & per omnes virtutes Cælorum, & per omnes Sanctos, & Sanctas Dei, obtestorque vos nubes densæ at-
qué

quæ in commodæ : quæ de Mari, vel de terra ad nubes cœli ascendistis, si habetis guttas malas, vel aliquam malitiam, aut sagittas potentissimas, aut flammam, aut fulgura, aut tempestatem, non habeatis potestatem, nequæ licentiam nobis malum faciendi, nec lapides iactandi intra terminos nostros, & nobis commissos, nec possitis tollere fructus, nec aves, nec bestias percutere, nec aliquod malum in ferre. Per virtutem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare seculum, &c.

AD juro vos ✠ tempestates, & nubes malas cum malitia vestra; per Deum vivum, ✠ per Deum verum, per Deum ✠ sanctum, qui totum mundum continet; & per omnes virtutes Cœlorum, ut non habeatis potestatem iactandi malitiam vestram in terminos nostros, & nobis commissos. Per eum, qui in Trinitate perfecta vivit, & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

ET ego Peccator, & Christi Sacerdos, seu Minister, licet indignus, Auctoritate, & virtute eiusdem Dei, & Domini nostri Iesu Christi summi Imperatoris, non mea potentia innixus, & confusus vobis præcipio, immundissimi spiritus, qui has nubes, seu nebulas concitatis in virtute eiusdem Dei, & Domini nostri Iesu Christi, per sanctissimam eius Incarnationem, ✠ per sanctam ✠ Nativitatem, per Baptismum, & Ieiuniū ✠ ipsius, per eius Sanctissimam ✠ Crucem, & Passionem, per sanctam Resurrectionem, ✠ per admirabilem ✠ Ascensionem suam, per tremendum Adventum eius ad iudicium, ✠ per merita Intemeratæ sempèrquæ Genitricis Mariæ Virginis, & Sanctissimi Ioseph, ✠ & per merita Omnium Sanctorum, vt excatis ab eis, & eas dispergatis in locis silvestribus, & incultis, quatenus nocere non possint hominibus, animalibus, fructibus, herbis, arboribus, aut quibus cumque rebus humanis vsibus deputatis. Per eundem Christum.

ŷ. Ora pro nobis S. Michael Archangele.

℞. Ut digni efficiamur, &c.

ŷ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

Initium S. Evangelij secundum Ioannem.

Gloria tibi Domine.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deū. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat: & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet: & tenebræ eā nō cōprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium per hiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed ut testimonium per hiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat: & mundus per ipsum factus est: & mundus eum

non cognovit. In propria venit: & sui eū non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: his, qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. *Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis* (& vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti á Patre) plenum gratiæ, & veritatis. Laus, &c.

OREMVS.

Domine Iesu Christe, qui in hunc mundum de sinu Patris advenisti: vt nos de peccato Adæ redimeres. Scio, & credo, quòd maxime propter peccatores in terra habitare vsuisti: Audi, & exaudime, Domine deus, indignum peccatorem, & libera nos, & terminos nostros de ista tempestate. Per te Iesu Christe, qui vivis, & regnas deus in sæcula sæculorum. Amen.

Sal-

Salva nos Salvator Mundi, quos per
 Crucem, & Sanguinem tuum rede-
 misti; auxiliare nobis te depreca-
 mur, Deus noster, & libera terminos nos-
 tros, & nobis commissos, ab omni tempest-
 tate. Qui vivis, & regnas in sæcula, &c.

Ÿ. Dominus vobiscum.

ꝫ. Et cum spiritu tuo.

Sequentia S. Evangelij secundū Matthæū.

Gloria tibi domine.

IN illō tempore: Dixit Iesus discipu-
 lis suis, sicut enim fulgur exit ab Oriē-
 te, & patet vsque in Occidentem: ita
 erit adventus Filij hominis. Vbicumque
 fuerit corpus, illuc congregabuntur, &
 aquilæ. Statim autem post tribulationem
 dierum illorum Sol obscurabitur, & Lu-
 na non dabit lumen suum, & stellæ ca-
 dent de Cœlo, & virtutes Cœlorum com-
 movebuntur: & tunc parebit signum Fi-
 lij hominis in Cœlo, & tunc plangent
 omnes Tribus terræ: & videbunt Filium

minis venientem in nubibus Cœli cum virtute multa, & maiestate. Et mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos eius a quatuor ventis, á summis Cœlorum vsque ad terminos eorum. Ab arbore autem fisci discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia prope est æstas. Ita & vos, cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant. Cœlum, & terra transibunt: verba autem mea non præteribunt. Laus tibi Christe.

OREMVS.

Domine Iesu Christe; qui ab impijs, & sceleratis Iudeis spinis coronari, purpura indui, arundine percuti in capite permisisti; & in Cruce positus fuisti; & mortem pro nobis miseris sustinuisi; & infernum spoliasti: Et tertia die

á

a mortuis resurrexisti; quem adorant
 Throni, & dominationes, Principatus, &
 Potestates Coelorum, Cherubim, & Sera-
 phim, libera nos, & terminos nostros, &
 nobis commissos ab omni illusionem, & per-
 cutionem diabolicam, & fulgure, & tempe-
 state; ita ut misericordiam tuam inveni-
 re possimus. Per Iesum Christum. Qui
 vivis, & regnas in saecula saeculorum. Amen.

AD MERIDIEM.

Per tuam Crucem salva nos Christe
 Redemptor, qui mortem nostram
 moriendo destruxisti, & vitam resur-
 gendo reparasti, miserere nobis, & ter-
 minis nostris, & nobis commissis: efunde a-
 quam istam mundam, & benedictam; in
 nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus
 ✠ Sancti. Amen.

✠. Ora pro nobis S. Raphael Archangele.
 &. Ut digni efficiamur promissionibus, &c.

ꝑ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Sequentia S. Evangelij secundum Lucam.

Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: dixit Iesus discipulis suis, erunt signa in Sole, & Luna, & stellis; & interris præfura gentium, præ confusione sonitus maris, & fluctuū arefcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ super venient universo orbi. Nam virtutes Cœlorum movebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube, cum potestate magna, & maiestate. His autem fieri incipientibus respicite, & levate capita vestra: quoniam apropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinē. Videte ficulneam, & omnes arbores: cum producunt iam ex se fructum, quoniam prope est æstas. Ita & vos, cum videritis hæc fieri, scitote, quoniam prope est regnum Dei. Amē dico vobis: quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum, & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Laus, &c. ORE.

OREMVS.

113

Domine Iesu Christe Fili Dei, vi-
vi Salvator mundi, reugium om-
nium in te sperantium, qui susci-
pis preces nostras te deprecamur, vt per
intercessionē Sanctæ Mariæ Matris tuæ, &
omnium sanctorum liberares nos, & termi-
nos nostros, & nobis commisso ab ira
tua, & ab omni tribulatione, & maligna
tempestate, & à præsentī angustia, & fu-
tura, nobisque ad te clamantibus in auxi-
liū, mitte sanctos Angelos tuos Michaelē,
Gabrielē, Raphaelē, cum omni choro cœ-
lestium: Qui nubes istas, cum grandine,
& diabolis, si aliqui hic ad sunt, faciant ire
in æremum locum, & desertum, vt malū
non faciant: Et gratiam Sancti Spiritus,
cordi meo clementer infunde. Salvator
mundi, salva nos omnes, & adiuua nos.
Qui cū Patre, & Spiritu Sancto vivis, &c,

H

AD

AD AQUILONEM.

Salvator mundi salva nos, omnes Sancti Dei, Genitrix Virgo semper Maria orate pro nobis: Precibus quoque Sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Evangelistarum, Martyrum, Confessorum, atque virginum, & omnium sanctorum supliciter petimus: ut a malis omnibus eruamur: Amen.

ŷ. Dominus vobiscum.

ꝛ. Et cum spiritu tuo.

Sequentia S. Evangelij secundum Marcū.
Gloria tibi Domine.

In illo tempore: Recumbentibus undecim discipulis apparuit illis Iesus; & exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis; quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum univ[er]sum, prædicare Evangelium omni creaturæ. Qui credi-











credi-

crediderit, & Baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero non crediderit: condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eijcient. Linguis loquentur novis, serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & benè habebunt. Et Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet a dextris Dei. Illi autem profecti, prædicaverunt ubique: Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Laus, &c.

OREMVS.

Omnipotens sempiterne Deus: Pater Domini nostri Iesu Christi, recipere digneris preces famuli tui, & famulorum tuorum, & conserva Patriam tuam, & terminos nostros, & nobis commissos, & libera eos á maligna turba, &c.

caeterba falsa, & á tempestate diabolica: ut non habeant potestatem in terminos nostros, & mihi commissos intrare nec aliquid malum in eis facere, vel, inferre; fugite immundi spiritus ab istis terminis, date locum adveniendi Spiritui Sancto Paraclito. Per eundem Christum, &c.

Mentem sanctam, spontaneum honorem deo, & Patriæ liberationem: Ecce Crucem  Domini nostri Iesu Christi. fugite partes adversæ: vicit leo de Tribu Iudá, radix David, &c. Agios  Ocos  Agios  Isquiros  Agios  Athanatos, Eleison,  Himos. Sanctus Deus  Sanctus fortis  Sanctus immortalis  miserere nobis. Per virtutem Adonai, & Incarnati Verbi Amen. Agnus Dei qui tollis peccata mundi miserere nobis, & libera Patriam istá de ista tempestate. Amen.

Cruces sequentes fiant ubi in singulis earum dicitur,

In corde.

Pie Deus, mundame. ✠

In ore.

Sancte Deus, sanctificame. ✠

In fronte.

Sancte Deus fortis, confirma me. ✠

Impectore.

Christus est meus. ✠

In latere dextro.

Christus meus, sit ad dexteram. ✠

In latere sinistro.

Christus meus, sit ad sinistram. ✠

In capillis.

Christus ante me sit, & retro, ✠

Christus ✠ vincit, Christus ✠ regnat,

Christus ✠ imperat, Christus ab omni
malo nos defendat. Amen.

AD juró vos, & ligo vos diabolos, &
nubes malas cum grandine; vt
non noceatis nobis, nec terminos
nobis commissos: neque super ipsos petrã
iactare possitis. Per Christum. Ad iuba
me Domine Iesu Christe Deus meus, &

H;

sal-

salvame, qui salvasti Petrum in mari, & miserere nobis. Amen.

CONTRA NVBES.

Domine sancte Pater omnipotens Adonai ✠ tu libera nos ab ira tua, & ab ista tempestate, & malignitate, sicut liberasti Enoch, & Eliam de morte istius mundi: Isac de manu Patris, & Iob de potionibus, & Danielelem de lacu leonum. Sidrach, Misach, & Abdenago de camino ignis ardentis, & Ionam de ventre ceti, & Susanam de falso crimine, & de falsis testibus, & David de Saul, & de Goliath gigante, & Petrum, & Paulum de carceribus, & Teclam de tormentis, & Loth de Sodoma, & Moysen de manu Pharaonis, ita digneris: Domine Iesu Christe, liberare nos, & terminos nostros de ista tempestate, & fac eam converti impluviam bonam, & aquam benedictam. Qui vivis, & regnas, &c.

ORE-

OREMVS.

Domine Iesu Christe, qui pro nobis peccatoribus manus tuas in Cruce extendisti, & precioso sanguine tuo nos redemisti, & genus humanum libera-
 rasti; & in fluvio Iordanis Baptizatus fuisti, & eundem benedixisti: Ita quæſſo benedicere, ✠ & sanctificare digneris nubes istas, vt fiat in eis aqua benedicta, & exorcizata, & facias converti in pluviam bonam, & benedictam, & non sinas dele-
 re fructus terræ propter iniquitates nostras; digneris Domine conservare per tuam sanctam clementiam populum istum, & fructus terræ, per virtutem Sanctæ Crucis, ✠ per quam dignatus es redimere nos. Qui vivis, &c.

In nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ Sancti, Amen. Signum Sanctæ ✠ Crucis, signum Sancti ✠ Salvatoris,, signum ✠ Sanctæ Trinitatis. Ecce signum ✠ Christi. ✠ *Elevat Crucem,* fuge
 H4 gite

gite partes aduersæ : vicit leo de Tribu
Iudà , radix David: Alleluia.

IN nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ &
Spiritus ✠ Sancti Amen. Vos Sancti
Angeli Dei Michael, Grabiël , Ra-
phael, & omnes sancti Angeli Dei, Thro-
ni, Dominationes, Principatus, & Po-
testates, & omnes virtutes Coelorum
custodite istam terram, & omnes alias
mihi cōmendatas cum suis terminis, mesi-
bus, vineis, fructum ferentibus, vt tem-
pestas ista non possit cadere super illas, nec
nebula, neque vlla res mala possit aliquod
malum facere. Omnes sancti Apostoli, &
Evangelistæ, Sancte Petre, & Sancte Pau-
le, Sancte And ea, & Sancte Iacobe, Sã-
cte Ioannes, & Sancte Thoma, Sancte
Philippe, & Sancte Bartholomæe, Sancte
Iacobe, & Sancte Mathia, Sancte Barnaba,
Sancte Luca, Sancte Marce, & omnes
sancti Apostoli, orate pro nobis ad Domi-
num Deum nostrum, vt liberet nos de is-
ta tempestate propter suum nomen. Amē.
In

IN nomine ✠ Patris, & Filii, ✠ &
 Spiritus ✠ Sancti. Amen. Sancte Chris-
 tophore, Sancte Stephane, Sancte
 Laurenti, & Sancte Vincenti, cum omni-
 bus sanctis Martyribus, orate pro nobis
 ad Dominum, vt liberet nos de ista tem-
 pestate. Per eum qui venturus est iudica-
 re vivos, & mortuos, & seculum per ig-
 nem. Amen.

Sancta Maria Mater domini nostri
 Iesu Christi, Sancta Maria, Sancta
 Barbara, Sancta Brigita, cum om-
 nibus virginibus; intercedite pro nobis ad
 Dominum; vt liberet nos, & omnes ter-
 minos nostros de ista tempestate. Per eum
 qui in Trinitate perfecta vivit, & regnat
 in secula seculorum. Amen.

Ad iuro vos ✠ diabolos si hic estis
 & nubes malas, & mala omnia
 quaecumque nociva habeatis, vel
 habere possitis. Ligo vos ✠ per Deum Pa-
 trem Omnipotentem. Ligo vos ✠ per Ie-
 sum

Hs

sum

sum Christum Filium eius vnigenitum
 Dominum nostrum. Ligo vos ☩ per Spi-
 ritum Sanctum, & per Sanctam Trinita-
 tem, vt non habeatis potestatem neque li-
 centiam iactare grandinem, & malitiam
 vestram in terminos nostros, & mihi cō-
 missos, neque in die, neque per noctem,
 per nomen Æterni Dei recedite, in locū
 desertum, vbi malum non faciatis alicui
 rei, & ibi relaxate tempestatem, & ma-
 litiam vestram, & ibi proijcite, & ibi si-
 tis ligati, vt nullis noceatis. Per Christum

BEatus Petrus Apostolus Christi, cum
 clavibus regni Coelorum liget vos,
 & astringat diabolos, & nubes cum
 grandine vestra: Ita quod in locis istis, &
 nobis commissis nullum malū fecere pos-
 sitis, neque in mesibus, neque in vineis,
 neque in fructibus ex quibus dantur de-
 cimæ premitiæ, & elemosinæ, & mul-
 ta bona fiunt; in nomine Patris, ☩ & Fi-
 lij, & Spiritus ☩ Sancti.

IN nomine **✠** Dei vivi aqua limpida,
 & pluvia bona, & benedicta cadat su-
 per nos. & terminos nostros, & no-
 bis commissos, atque labores hominum
 reficiat. Amen.

Dominus noster Iesu Christus ter-
 minos nostros, & nobis commissos,
 salvet, & benedicat, **✠** & nubes
 malas, ac diabololum ligari faciat, & in locū
 æremum, & desertum cadere faciat om-
 nem tempēstatem, & malitiam suam, &
 nulli noceant. Qui cum Patre, & Spiritu
 Sancto, &c.

IN nomine Patris, **✠** & Filij, **✠** &
 Spiritus **✠** Sancti. Amen. Ligo vos **✠**
 per Sanctam Mariam, Matrem Domi-
 ni. Ligo vos **✠** per Angelos Cœli, & per
 quatuor Angelos terræ. Ligo vos **✠** per
 Crucem Domini, quę in Cœlo, & in ter-
 ra est. Ligo vos **✠** per Salvatorem, & Re-
 demptorem mundi. Ligo vos **✠** per A-
 postolos, Martyres, Confessores, & Vir-
 gines

gines Christi. Ligo vos ☩ per Coelum,
 & terram, per quanta mirabilia fecit Deus
 in Coelo, & in terra, & in Mări, & in Infer-
 no, vt non possitis in terminos nostros, &
 nobis commissos ad ducere grandinem,
 neque nebulamque ad versus labores ho-
 minum possint aliquod malum facere. Per
 Christum.

IN nomine Patris, ☩ & Filij, ☩ &
 Spiritus ☩ Sancti. Amen. In nomine
 Sanctæ, & individuae Trinitatis præcipio
 vobis: separate vos, & omnes diabolos
 maledictos, si aliqui ad estis cum tempest-
 ate, & malitia vestra. Qui custos sum
 post Deum, & post suam virtutem. Inimi-
 ci diaboli, & condemnati, & filij tene-
 brarum, separate vos cum istis malis nu-
 bibus, & crepate per Deum, sicut crepuit
 Draco ante pedes Danielis Prophetæ, &
 Sanctæ Margaritæ Virginis, & date ho-
 norem Deo vivo, & vero, Patri omnipo-
 tenti: qui omnia creauit ex nihilo, quem
 adorant Angeli, & Archangeli, Throni
 &

& Dominationes, Principatus, & Potestates, & virtutes Cœlorum, Cherubim, & Seraphim, vna voce proclamant Sanctus ✠ Sanctus ✠ Sanctus, ✠ Dominus Deus Sabaoth, pleni sunt Cœli, & terra, gloria tua Osanna in excelsis, pax in Cœlo, ✠ pax in terra ✠ pax sit in loco isto ✠ Amen.

Deus Magnus, deus mirabilis, Deus qui Cœlum, & terram possides, & palmo concludis. Exaudi nos Domine in gemitibus nostris. Adiuba me, Domine Deus omnipotens, contra tempestatem istam, vt possim illam eijcere de istis terminis, & de alijs mihi commendatis. Qui in Trinitate perfecta vivis, & regnas in secula, &c.

Conjuro vos nubes, & grandines, seu tempestates, ac vobis præcipio per Deum ✠ Patrem. Per Deum Filium. ✠ Et per Deum Spiritum ✠ Sanctum qui sunt in substantia, vnus Deus. Per potentiam Patris. Per Sapientiam Fi-

Iij. Per Amorem Spiritus Sancti, procedentis ab utroque, Per sacram obedientiam Christi. Per sacram humilitatem Virginis Mariæ Dominæ nostræ. Per virtutes Apostolorum. Per Passiones terribiles Martyrum Christi. Per novem Choros Spirituum cœlestium. Per fidelem, & sanctam vitam Confessorum. Per omnes sanctas mulieres, famulas, & Martyres Christi. Per omnes Animas Beatas cœli. Per sacram obumbrationem quam fecit virtus Altissimi Beatę Virgini Mariæ Dominæ nostræ. Per Imperiale Verbum quod fecit Christus ventis vt cessarent. Per divisionem mirabilem Maris Rubri, quam fecit potentia Divina populō Iudaico. Per omnia ista supra scripta, conjuro ☩ & præcipio vobis; ò nubes, seu grando quod signo huius Sanctæ Crucis; ✝ quã contra vos facio indivisæ repente recedatis à nobis, & ab hoc loco, sine lesione alicuius hominis, sive loci, sive navis, sive terre; vt deleamini per aërem. Amen.

Ite.

I Terum ad juro vos ✠ grandines, & ventos perquinque vulnera Christi. Per tres clavos, qui eius manus, & pedes perforarunt; vt in aquam resoluti descendatis, in nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Circundet te nubes Deus ✠ Pater. Circundet te Deus ✠ Filius. Circundet te Deus ✠ Spiritus ✠ Sanctus. Benedicat te Deus ✠ Pater. Benedicat te Deus ✠ Filius. Benedicat te Deus ✠ Spiritus Sanctus. Dividat te Deus ✠ Pater. Dividat te Deus ✠ Filius. Dividat te Deus ✠ Spiritus Sanctus. Destruat te Deus ✠ Pater. Destruat te Deus ✠ Filius. Destruat te Deus ✠ Spiritus ✠ Sanctus. Anihilet te Deus ✠ Pater. Anihilet te Deus ✠ Filius. Anihilet te Deus Spiritus ✠ Sanctus. Amen.

Sanctus Matthæus, ✠ Sanctus ✠ Marcus, Sanctus ✠ Lucas, Sanctus ✠ Ioannes, Evangelista. Qui Christi
 H8 Evan-

Evangelium per quatuor mundi partes di-
 vulgarunt, ipsi suis meritis, & precibus
 hanc tempestatem ab omnibus Christia-
 norum finibus, ab eodem Domino nos-
 tro Iesu Christo obtineant effugari, & de-
 pelli. Et ego peccator, & Christi Sacer-
 dos (licet indignus) auctoritate, & virtu-
 te eiusdem Dei, & Domini nostri Iesu
 Christi summi Imperatoris, non mea po-
 tentia innixus, & confisus vobis præci-
 pio immundissimi spiritus qui has nebulas
 Concitatis, in virtute eiusdem Dei Do-
 mini nostri Iesu Christi, & per tremen-
 dum eius iudicium, & per Sanctissimam
 Crucem suam ✠ quam contra vos facio,
 & per merita Intemeratæ semperque Bea-
 tissimæ Virginis Mariæ dei Genitricis, &
 Sanctissimi Ioseph, & omnium sanctorum,
 ut exatis ab eis, & eas dispergatis in lo-
 cis silvestribus, quatenus nocere non pos-
 sint homini, vel iumento, aut volueri, seu
 fructibus, aut quibus cumque rebus hu-
 mano vsui deputatis. Per eundem Chris-
 tum.

Ipsc

IPse vobis imperat ✠ Dæmones qui
 has nubes commovetis; qui de nube
 lucida dixit: Hic est Filius meus dile-
 ctus, in quo mihi complacuit. Ipse vo-
 bis imperat, ✠ qui principem vestrum
 dedit, & ligavit. Ipse vobis, imperat ✠ qui
 Sacratissima Cruce, vt corporis sui Sanctis-
 simi in ea exrentione aerem purgavit. Ip-
 se vobis imperat, ✠ qui inferno spoliato
 resurgens à mortuis post quadraginta
 dies in nube susceptus ascendit in cœlum.
 Ipse vobis imperat ✠ qui vos et in gene-
 re mancipavit ignibus. Ipse vobis impe-
 rat ✠ qui fuit à Iudeis captus, illusus, fla-
 gellatus, crucifixus, felle potatus, lancea
 transfixus, mortuus, ac sepultus, fugite
 ergo damnati ab hoc termino, & fructi-
 bus eius. Amen.

OREMVS.

Domine Deus qui fecisti dividi Ma-
 re Rubrum, & muros aque stare
 I fe.

fecisti ad dexteram, & ad sinistram populi Iſr elitici: qui eundem populum per medium Maris eiusdem transire fecisti; sic fac nubes istas dividi: & sicut ros fugit ante faciem solis, ita nubes istæ, & tempestates fugiant, & discedant ante faciem populi tui. Per Christum. Et benedictio Dei omnipotentis Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti ✠ descendat, & maneat super nos, & super terminos nostros, & nobis commissos, & discedant omnes insidiæ inimicorum à nobis, & ab istis terminis. Per Christum.

Si cessaverit tempestas, agat gratias dicendo Te Deum Laud. si vero non cessaverit dicat sequentia.

S Vb tuum præsidium confugimus Sãcta Dei Genitrix: nostras deprecationes, ne despicias in necessitatibus; sed à periculis cunctis libera nos semper Virgo Gloriosa, & Benedicta.

ÿ. Ora pro nobis S. Dei Genitrix Virgo.
R. Vt digni efficiamur promissionibus Xpi.

ORÉ-

OREMVS.

O Mater Dei, Virgo Clementissima,
 Mater misericordiæ, ne deseras
 nos famulos tuos, in tua miseri-
 cordia confidentes in ista tribulatione, &
 angustia positos, sed succurre nobis, Ma-
 ter pijsima, & auxiliare, contra inimi-
 cos nostros, & fac illos ad implere omnia,
 quæ in virtute, & in nomine dilectissimi
 Filij tui Domini nostri Iesu Christi, & sub
 tua intercessione illis præcipimus. Per
 Christum.

CONIVRATIO.

Conjuro vos ✠ per Gloriosissimã
 Virginem Mariam Matrem Domi-
 ni nostri Iesu Christi, conjuro vos
 ✠ immundissimi spiritus per illã præpti-
 ssimam, & humilem obedientiam Bea-
 tissimæ Virginis Marię, quam osten-
 dit Beato Archangelo Gabrieli: Ecce

Ancilla domini, fiat mihi, secundum
 Verbum tuum. Coniuro vos ✠ per illum
 cuius nativitatem, Angelus Mariæ Vir-
 gini Annuntiavit: quique pro nobis
 peccatoribus descendit de cœlis, & In-
 carnatus est de Spiritu Sancto, & nascens
 ex Maria Virgine, homo factus est. Ecce
 Crucem ✠ Domini nostri Iesu Christi
 fugite partes adversæ: vicit leo de Tri-
 bu Iudá, radix David, &c.

OREMVS

Domine Deus omnipotēs, qui creas-
 ti hominem ad imaginem, & simi-
 litudinem tuam, & illi tuo proprio
 sanguinem redimisti: Clementiam tuam
 suppliciter exoramus: vt hos fructus quos
 ad vsum generis humani nasci fecisti, tua
 benedictione ✠ perpetua benedicas, &
 germinent super terram, floreat, & fron-
 deant, & ad maturitatem fructus per ve-
 niant, quatenus de eis tibi suppliciter, &
 humi-

humiliter famuli tui acceptum sacrificium,
 gratamque oblationem valeant offerre in
 conspectu tuo, & de reliquo vitam suam,
 nutrire, ad laudem, & gloriam sanctissimi
 nominis tui, & presta, vt non semi-
 net super eos hostis malignus semina sua
 mala, & perniciofa: Non turbet eos ali-
 quod malum, non calor, non æstus, non
 tempestas conturbet, non grando conte-
 rat, non ventus exurat, sed sub tua pro-
 tectione cum pluvia oportuna, & salute
 congrue vsque ad complementum prof-
 perent, & perveniant. Per Christum.

AD IVRATIO.

A Djuro vos ☩ Diabolos maledi-
 ctos & omnes spiritus immundos, qui
 ducitis, & commoveris hanc tempestatem per
 Deum ☩ Patrem omnipotentem, & per
 Iesum Christum Filium eius, ☩ & per
 Spiritum Sanctum ☩ & per istam Sanctifi-
 simam

simam Trinitatem, & individuan vnita-
 tem, in cuius potestate, & virtute, ✠ vos
 ad iuro; & constringo te Sathana, & socios
 tuos; recognoscite sententiam vestram, &
 date honorem deo vivo, & vero, & Spi-
 ritui Sancto, & recedite á nobis famulis
 dei, & á possessionibus nostris, & no-
 bis commissis; qui nos Deus, & domi-
 nus noster ad suam gratiam, & benedi-
 ctionem, fontemque Baptismatis, & ad Sa-
 cerdotalē Ordinem vocare dignatus est.
 Ad iuro vos ✠ diabulos, & nubes malas
 cum grandine, vt non habeatis potesta-
 tem nocere nobis, nec terminis nostris,
 neque super ipso terminos petram iacta-
 re possitis. Per Christum.

OREMVS

Domine Iesu Christe Fili Dei vivi
 qui es refugium pauperum, spes
 humilium, & protector in te spe-
 rantium; ad hanc tempestatem nubium,

à qua omne malum pānditur, vt testatur
 Propheta, propicius respice, & mala quæ
 iusté meremur, potenter averte. Per
 Christum.

CONIVRATIO.

Conjuro vos ✠ diabolos maledictos,
 omnesque spiritus immundos; qui
 ducitis, vel commovetis istam tem-
 pestatem per Deum Patrem omnipoten-
 tem ✠ Creatorem Cœli, & terræ. Visibi-
 lium, & invisibilium, & per Deum Fi iū
 ✠ suum vnigenitum vnicum dominum
 nostrum, qui per suam sanctam Passionē,
 & sanctam Crucem suam redemit mun-
 dum vniuersum, & liberavit nos de po-
 testate, & crudelissima seruitute, & per
 suum exitum de Cœlo propter peccatum,
 & superbiam vestram, & dedit nobis
 potestatem super vos. Et per virtutem
 Spiritus ✠ Sancti à Patre, & Filio proce-
 dentis, & per istam Sanctissimam Tribi-

tatem; qui Deus trinus & vnus est: Ad
 iuro, ✠ & constringo, præcipioque non
 mea, sed eius potestate innixus, & confis-
 sus, vt statim fugiatis, & recedere faciatis
 omnes tēpestates cū malitia vestra, & ma-
 ligna tēpestate, ab omnibus terminis nos-
 tris. In nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiri-
 tus ✠ Sancti. Amen.

OREMVS.

DEus, qui pro redemptione mundi
 voluisti nasci, circumcidi, à Iudæis
 reprovare, á Iuda traditore osculo
 tradi, vinculis alligari, sicut agnus inno-
 cens ad victimam duci, atquè in conspec-
 tibus Anæ, Caiphæ, Pilati, & Herodis in
 flagellis, & oprobrijs vexari, spucijs conf-
 pui, spinis coronari, colaphis cædi, arū-
 dine percuti, faciæ velari, vestibus exui,
 Cruci clavis à fixi, & Cruce levati, inter
 latrones di putare, felle, & aceto potare,
 & lancea vulnerare. Tu Domine per has
 sanctissimas pœnas tuas, quos ego indig-
 nus

nus recòlo, & per sanctam Mortem, &
 Crucem tuam, libera nos, & terminos
 nostros, de ista tempestate. Qui vivis, &
 regnas in sæcula sæculorum. Amen.

CONIVRATIO.

Conjuro vos ✠ nequissimi spiritus,
 qui has nubes cōmoveris, per Pa-
 trem, Domini nostri Iesu Christi,
 & per omnia mirabiliaque fecit ipse Do-
 minus noster Iesus Christus dum iret præ-
 dicando per mundum. Coniuro ✠ vos
 per illam columnam ad quã severè flagel-
 latus fuit. Coniuro vos ✠ per constantiã
 eius in passione sua. Coniuro vos ✠ per
 humilitatem eius, & verba quæ fuerunt
 posita in Cruce ipsius Domini nostri Iesu
 Christi Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.
 Coniuro vos ✠ per Crucem super quam
 positus fuit. Coniuro vos ✠ per clavos
 cum quibus affixus fuit in Cruce. Coniuro
 vos ✠ per verba sancta quæ dixit Chris-

tus pendens in Cruce, videlicet. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Hodie mecum eris in paradyso: Deinde dixit Matri: Mulier, ecce Filius tuus; postea discipulo: Ecce Mater tua. Deinde. Eli, Eli, Lamma Sabactani. Sitio. Consumatum est. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Coniuro vos ✠ per sanctissimam sanguinem Iesu Christi. Maledicti sitis in poena æternali, & nulla requies sit vobis, & ipso facto, & omnis locus, & omnis situs vester interdictus sit, præter centrum mundi, & ego, vt Christi Minister, in stagnum ignis, & sulfuris proijcio, & æternaliter condemno, & ibidem virtute omnium supradictarum maledictionum, & ligationum vos maledico, vsque in profundum abyssi, vsque ad diem iudicij, proijcio, & religo, vt sitis subiecti omnibus poenis infernalibus acrius, & durius Lucifero quia fuisti rebeles, tam sanctis, ac sacrosanctis mysterijs, & nominibus Dei. Amen.

Pax in Cœlo. ✠ Pax in terra. ✠ Pax
 fit in loco isto. Meon, Irascen, Aulithon.
 Hebraicæ, grecæ, & latinæ. Deus mag-
 nus, Deus mirabilis, Deus qui Cœlum,
 & terram possides, & palmo concludis.
 Exaudi nos Domine Deus in gemitibus
 nostris.

Adiuua nos Domine Deus omnipotēs,
 contra tempestatem istam, vt possim illam
 eijcere de istis terminis, & de alijs mihi
 commendatis. Per Christum.

Et benedictio Dei Omnipotentis Pa-
 tris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ Sancti,
 descendat super nos, & terminos nos-
 tros. Amen.



*CAP. VIII. IN QVO PROPO-
nuntur Exorcismi potentissimi, &
efficacissimi ad expellendas, & fu-
gandas aereas tempestates, à Da-
monibus perse, sive ad nutum cu-
iusvis diabolici ministri excitatas,
ex Rituali Romano Venetijs 1679.
Apud Benedictum Milochum. A
R. Presbytero Petro Locatello Tit.
S. Cassiani Bergomi collecti. Ut Sa-
cerdotes, & alij commode tam diu
coniurare possint, quam diu videant
tempestatis periculum imminere.*

*Ac coniuratio ventorum ex
Paschasio.*

EXorcisans primo aspergat aqua be-
nedicta contra nubes, & tempesta-
tem in modum Crucis, postea ex-
tendat manus suas in modum Crucis contra
nubes, & dicat. Pater noster, Ave Maria,
&

& Credo. Quo finito dicat *Littanias flexis genibus ut supra in exorcismo contra animalia nociva fol. 76.* & ut perveneris ad illa verba *Vt fructus terræ dare, & conservare digneris. Te rogamus, &c. inclusive, dicat immediate.*

Vt has grandines á dæmonibus excitatas in aquá reducere digneris, te rogamus

Vt has grandines circumdare, & dissolvere digneris, te rogamus.

Vt has grandines annihilare, & à partibus fidelium depellere, & effugare digneris, te rogamus.

Vt has grandines benedicere, & dividere digneris, te rogamus.

Vt has grandines disperdere, & destruere digneris, te rogamus.

Quo finito, prosequatur Littaniam usque ad Pater noster inclusive ut in dicto fol. 76. & successive qua sequuntur.

ŷ. Adiutorium nostrum in nomine Dó-
mini.

℞. Qui fecit cœlum, & terram.

ŷ. Ostende nobis, Domine, misericor-
diam tuam.

℞. Et salutare tuum da nobis.

ŷ. Adiuua nos Deus salutaris noster.

℞. Et salutare tuum da nobis.

ŷ. Adiuua nos deus salutaris noster.

℞. Et propter gloriã nominis tui libera nos

ŷ. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere
nobis.

ŷ. Fiat misericordia tua, Domine, super
nos.

℞. Quemadmodum speravimus in te.

ŷ. Salvum fac populum tuum, Domine.

℞. Et benedic hœreditati tuæ.

ŷ. Vox Domini super aquas multas.

℞. Deus maiestatis intonuit.

ŷ. Viderunt te aquæ, Deus.

℞. Viderunt te aquæ, & timuerunt.

ŷ. Quis est tibi mare, quod fugisti?

℞. Et tu Iordanis, quia conversus es re-
trorsum?

ŷ.

- y. Non privabis bonis eos, qui ambulant
 in innocentia.
 R. Domine, Deus virtutum, beatus homo,
 qui superat in te.
 y. Exurgat Deus, & dissipentur inimici
 eius.
 R. Et fugiant, qui oderunt eum, á facie eius.
 y. Domine exaudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te veniat.
 y. Dominus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

A Domo tua, quæsumus, Domine,
 spirituales nequitia repellantur,
 & aerearum discedat malignitas
 rempestatum. Per Christum.

*Deinde aspergat aquam benedictam contra
 tempus tempestuosum, & per quatuor latera
 in modum Crucis, & sæpè hoc faciat, de be-
 nedicta superius.*

*Et quia Agnus Dei, habet virtutem contra
tempestatem coniurans potest, imo debes
ex eo uti signando ad singulas Cruces.*

ORATIO.

Omnipotens sempiternus Deus, parce
metuentibus, & propitiare supplici-
bus; vt post noxios ignes nubium,
& vim procellarum, in materiam transeat
laudis comminatio tempestatis.

OREMVS.

Rex æterni imperij, omnipotens
Deus, qui das escam omni carni;
qui operis cœlum nubibus, & pa-
ras terræ pluuiam: qui mandas nubibus
desuper, & ianuas cœli aperis: qui trans-
fers austrum de cœlo, & inducis in virtu-
te tua Africum: qui rigas montes de su-
perioribus: & de fructu operum tuorum
satiatur terra: qui Angelo præcepisti, ne
terra,

terræ, mari, neque arboribus noceret. Par-
 ce, Domine, meruentibus: & propitiare
 supplicantibus: te enim, Domine, sup-
 plices exoramus, vt procul abscedat in-
 cursio turbinum, calamitates tempesta-
 tum, fragor grandinum, percussio fulmi-
 num, & quælibet insidia inimici: tempe-
 rentur infesta tonitrua, & noxiæ pluvix,
 ventorum flamina fiant moderatè suspen-
 sa: & omnis quoque spiritus procellarum,
 & aeræ potestates dextera tuæ proster-
 nantur virtutis. Descendat, quæsumus,
 Domine, desuper Spiritus sanctus, & sicut
 Samueli cornigerum agnum in holocaustum
 tuum mactanti fragor aurearum tu-
 barum repulit aduersantem, ita fugatis
 omnibus contrariæ potestatis virtutibus,
 fruges, mentes, & corpora fidelium, ma-
 nus seruet angelica protectione superna:
 & post sopitos nubium impetus, in lau-
 dis, & devotionis, ac spiritualis amoris
 augmentum transeat comminatio tempe-
 statis. Per

K

Ad

A Djuro vos, angeli tartarei, per Pa-
 trem, & Filium, & Spiritum San-
 ctum; & per illam lanceam **✠** con-
 iuro vos, qui Dominus noster Iesus Chris-
 tus fuit vulneratus in Cruce: & per illos
 clavos, qui membra Domini perforave-
 runt: & per illam aquam, & sanguinem,
 qui de latere Christi effluxit: & per illam
 spineam coronam, quæ in capite Domini
 nostri Iesu Christi posita fuit, & per san-
 ctam Resurrectionem eius, & Ascensio-
 nem, & per gratiam sancti Spiritus. **✠**
 Coniuro vos spiritus maligni, vt non ha-
 beatis virtutem, neque potestatem super
 cãpos nostros aliquid malefacere. **✠** Cõ-
 iuro vos maligni spiritus per Patrem Do-
 mini nostri Iesu Christi, & omnes san-
 ctoseius. **✠** Coniuro vos per sanctam
 Mariam Matrẽ Domini nostri Iesu Chris-
 ti, & per Sanctum Michaellem, & San-
 ctum Gabrielem, & Sanctum Raphaelem.
✠ Coniuro vos, & contradico vobis per
 istas coniurationes, vt non habeatis potes-
 tatem in nubibus coeli nobis nocere, neq;

in

in arboribus, neque in vineis nostris, ne-
 que in ista provincia, vn non habeatis po-
 testatem super populum Christianum fun-
 dere tempestatem. ✠ Adiuuro vos per San-
 ctum Petrum, & per Sanctum Paulum,
 qui suis orationibus deiecerunt Simonem
 Magum; & per Sanctum Andream, & per
 Sanctum Ioannem, & per Sanctum Bar-
 tholomæum: & per quatuor Evangelis-
 tas, Sanctum Matthæum, Sanctum Mar-
 cum, Sanctum Lucam, & S. Ioannem.
 ✠ Vos coniuro per Communionem, &
 societatem sanctorum civium Christi, &
 per duodecim legiones Angelorum, &
 per viginti quatuor Seniores, & omnes
 virtutes Angelorum, & per septem Thro-
 nos, & per septem candelabra Christi, &
 per septem dominationes, & per septifor-
 mem gratiam Dei, & per singula merita
 singulorum, & per agnum Dei immacu-
 latum Iesum Christum, cui est honor, &
 virtus, & per eos Angelos, qui stant in
 Pãradyso. ✠ Coniuro vos; per verum
 Deum vivum cœli: Deum Angelorum,

Patriarcharum, Prophetarum, & Apostolorum, Deum Martyrum, Deum Confessorum, Deum Virginum, ut non habeatis potentiam, neque virtutem in nubibus caeli nobis nocere, neque flagellare super campos nostros, sed in loca deserta, ubi arans non arat, nec seminans seminat. Amen. ✠ Amen. ✠ Amen. ✠

ORATIO.

DEus, qui B. Birgittæ inimicos superare concessisti, præsta nobis famulis tuis, ut intercedentibus eius oratione, atque meritis ab omni ira tempestatis liberari valeamus. Per Dominum nostrum, &c. Increatus Pater, ✠ Increatus Filius, ✠ Increatus Spiritus Sanctus: ✠ Hagios: Ecce Crucem ✠ Domini fugite partes adversæ. Vicit Leo de Tribu Iuda, radix David: Alleluia, ✠ Alleluia, ✠ Alleluia. ✠ Dixit Dominus ex Basan: Convertam, convertam in profundum mar-

ris.

ris. Domine Iesu Christe, qui coelum, & terram fundasti, & flumen Iordanis benedixisti, & in eo baptizari voluisti, bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare pro tua pietate digneris has nubes, quas video ante me positas, vt deficient, & transeant in aquam salutarem, aut tempestatem faciant in locis desertis, & non noceant aliquibus personis domesticis Christianis, neque domesticis animalibus, neque agris, neque fructibus per virtutem Spiritus sancti, & orationem B. Birgittæ, & omnium Sanctorum, & Sanctarum ✠ Dei. Amen. ✠ In nomine Christi, Amen. ✠ Emmanuel: ✠ Paraclitus: ✠ Sabaoth: ✠ Ischyros: ✠ Athanatos. ✠ In nomine Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ✠ sancti. Amen.

CONIURATIO.

Coniuro ✠ vos nubes, & grandines, seu tempestates, ac vobis precipio per Deum ✠ Patrem, per Deum

K 3

✠ Fi-

✠ Filium, & per Deum ✠ Spiritum sanctum, qui sunt in substantia vnus Deus: Per potentiam Patris, per sapientiam Filij, per amorem Spiritus sancti, procedentis ab vtroque; per sacram obedientiam Iesu Christi, per sacram humilitatem Virginis Mariæ Dominæ nostræ, per virtutes Apostolorum, per passiones terribiles Martyrum Christi, per novem Choros Spirituum cœlestium, per fidelem, & sacram vitam Confessorum, per omnes Sanctas Mulieres famulas, & Martyres Christi, per omnes animas beatas cœli, per sacram obumbrationem, quam fecit virtus Altissimi Beatę Virgini Mariæ Dominæ nostræ, per imperiale Verbū, quod fecit Christus ventis, vt cessarent, per divisionem mirabilem Maris Rubri, quam fecit potentia divina populo Iudaico; per omnia ista supra scripta. Coniuro, ✠ & præcipio vobis; ó nubes, seu grandines, quòdin signo huius sacræ Crucis ✠ quam contra vos facio, indivisæ repentè recedatis á nobis, & ab hoc loco, sine læsione

ali-

alicuius hominis, sive loci, sive navis, si-
 ve terræ, aut evanescatis per aerem. Amē.
 Iterum adiuro vos ☩ grandines, & ven-
 tos per quinque vulnera Christi, per tres
 clavos, qui eius manus, & pedes perfora-
 runt, vt in aquam resoluti descendatis.
 In nomine Patris, ☩ & Filij, ☩ & Spi-
 ritus sancti. Amen.

*DEPRECATIONES DA-
 vidicæ contra malignos spiritus.*

Domine Deus omnipotens, qui ma-
 xima virtute, & potentia tua rebel-
 les angelos inimicos tuos, contra
 te superbientes à coelo expellens, ad in-
 fernum deputasti: per eandem potentiam,
 & virtutem tuam tibi supplicamus, vt ex-
 pellere digneris hos infestos dæmones à
 nubibus cœli, nec effundant tempesta-
 tem super fructus terræ, nec in territorio
 nostro.

EXpelle igitur illos in virtute tua, & tanquam vas figuli confringe eos.

Exurge Domine, & salva nos, & destrue omnes adversantes nobis.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatē, perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum; linguis suis dolosè agebant: iudica illos, Deus.

Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritaverunt te, Domine.

Erubescant igitur, Domine Deus meus, vehementer omnes isti inimici tui: avertantur retrorsum, & erubescant valde velociter.

Exurge Domine, Deus meus, & exaltetur manus tua: & ne obliviscaris vocem meam.

Iustum adiutorium meum á te; qui salvos facies sperantes in te, Domine.

Convertantur ij dæmones in infernū:

&

& omnes, qui obliviscuntur.

Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est, & dolo: sub lingua eorum labor, & dolor.

Quia dilexerunt iniquitatem, & oderunt propriam salutem: ideo emitte super illos ignem, sulphur, & spiritus procellarum, quæ est pars calicis eorum.

Disperde, Domine, omnes spiritus malignos: super nos malignantes.

Exurge Domine, subverte eum, & supplantata eum; & libera nos à fulgure, & tempestate.

Emitte sagittas tuas, & discipabis: & conturbabis insidias eorum.

Persequere, Domine, inimicos tuos istos, & comprehende eos: & non convertantur, donec deficient.

Confringe eos, nec poterunt stare; cadant subtus pedes meos.

Exurge, Domine, & supplantata insurgentes in servos tuos: & disperge odientes te, Domine.

Comminue eos, vt pulverem ante fa-

Ks

ciem

ciem venti; vt lutum platearum dele eos.

Dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt: & disperdat eos, ne noceant filijs hominum.

Pone eos, vt clibanum ignis: in tempore vultus tui.

Domine, & in ira tua conturbabis eos: & devoravit eos ignis.

Confundantur isti dæmones, spiritus maligni, iniqua agentes supernacué.

Dextera tua, Domine, fecit virtutem: dexteram tuam erige aduersus hos inimicos tuos facientes iniquitatem.

Erubescant igitur isti tui inimici, & deducantur in infernum: muta fiant labia dolosa.

Proijce eos á facie oculorum tuorum; retribue abundanter facientibus superbiã.

Iudica, Domine, nocentes nos: expugna impugnantes nos.

Apprehende arma, & scutum; & exurge in adiutorium nostrum.

Effunde frameam, & concludere aduersus hos dæmones malignos spiritus, qui

NOS

nos persequuntur : & libera nos, protector noster Domine.

Confundantur, & avertantur retrorsum; cogitantes nobis mala.

Fiant tanquam pulvis ante faciem venti; & Angeli tui coarctent illos.

Fiant viae illorum tenebrae, & lubricum; & Angeli tui persequantur, & destruant illos.

Veniat illis laqueus, quem ignorant, & captio, quam absconderunt: & cadant in idipsum.

Et tu, Domine, exurge in adiutorium nostrum, & dissipa eos, protector noster Domine.

Induantur confusione, & pudore, qui quaerunt mala nostra; Evagina gladium, & tende super eos arcum irae tuae, & trucidabis eos, quia tunc conterentur, & confundentur in tempore malo; quemadmodum fumus deficient, & damnabis eos, cum iudicaveris illos.

Exurge ergo, quare obdormis Domine? exurge, & ne repelas preces nostras in finem.

K 6

Exur-

Exurge, Domine, a diuva nos, & defende nos, propter nomen sanctum tuum.

Et dæmones, ac spiritus illos malignos conculca in inferno, & mors depascat eos.

Auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum.

Ignis in conspectu eorum exardescet, & in circuitu eorum sit tempestas valida.

Nolite, miserrimi dæmones, gloriari in malignitatibus vestris, qui potentes estis in iniquitate.

Dilexistis malitiam super benignitatē: iniquitatem magis, quàm loqui æquitatē.

Propterea deus destruet vos in finem; evellet, & emigrabit vos de tabernaculo suo, & radicem vestram de terra viventium.

Præcipita eos, Domine deus, in profundum, & veniat mors super illos, & descendant in fernum viventes.

Exurge, Domine, & contere eorum dentes in ore ipsorum, vt ad nihilum deveniant.

Absorbe eos in ira tua, Domine; ex ur

ge Deus Israel, & disperge illos, & depone eos, & potentiam eorum, protector noster, Domine

Exurgat Deus, et dissipentur inimici eius, et fugiant, qui oderunt eum, à facie eius.

Sicut deficit fumus, deficient: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.

Verumtamen Deus confringat capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis.

Obscurentur oculi eorum, ne videant, et dorsum eorum semper incurua.

Effunde super eos iram tuam, et furor iræ tuæ comprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deserta, et in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet.

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, et trudentur in ignem æternum.

Deleantur de libro viventium, et cum iustis non scribantur.

Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuvandum me festina.

Confundantur, et revereantur, et avertantur, retrorsum, qui volunt nobis mala.

Avertantur statim, et erubescant: confundantur, et deficiant: operiantur confusione, et pudore, qui malignantur in bonis nostris.

Facti sunt in desolationem, subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.

Velut somnium surgentium, Domine, imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

Quanta malignatus est inimicus in sanctis tuis, incendit igne sue malitiæ sanctuarium tuum.

Ne avertas manum tuam, et dexteram tuam, deus meus, qui contribulasti capita draconum in aquis.

Respice, Domine, in testamentum tuum, et bona nostra ne obliviscaris in finem.

Tu terribilises; quis resistet tibi? ex tunc ira tua.

Tentaverunt te, deus meus, in cordibus suis, et male locuti sunt de te, ideo ira

ira

ira tua descendat super eos.

Effunde iram tuam in istos dæmones, ac spiritus malignos, qui te cognoscere nolunt, et in regnum eorum, quia nomē tuum non invocaverunt.

Excita potentiam tuam, et veni, ut salves nos; Deus virtutum convertere, respice de cœlo, et vide, et visita vineam istam, et perfice eam, quam plantavit dextera tua.

Exurge, Deus meus, quoniam, qui te oderunt, extulerunt caput, et super nos malignantur.

Omnes principes eorum dixerunt: hereditate possideamus sanctuarium Dei.

Deus meus, pone illos, ut rotam, et sicut stipulam ante faciem venti.

Sicut ignis, qui comburit sylvam, et sicut flamma comburens montes, ita persequeris illos in furore tuo, et in ira tua conturbabis eos.

Erubescant, et conturbentur in sæculum sæculi; confundantur, et pereant.

Disperge eos in furore tuo, et con-

turba eos, quia non posuerunt in conspectu suo.

Super aspidem, et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem, et draconem.

Disperge omnes, qui operantur iniquitatem, et redde illis iniquitatem ipsorum.

Deficiant peccatores, et iniqui, ita ut non sint, ut omnes benedicant te, Domine.

Da nobis, Domine, auxilium, tuum, et in te faciemus virtutem.

Disperge, Domine, omnes inimicos nostros, qui tribulant nos.

Domine, inclina caelos tuos, et descende; tange daemones istos, et dissipabis eos.

Fulgura, et coruscationes dissipabis; emitte sagittas tuas, et conturbabis eos.

Exeant spiritus maligni, et revertantur in infernum, et pereant omnes cogitationes eorum.

Dextera tua, Domine, percutiat inimicos: et in multitudine gloriae tuae deponere adversarios tuos.

Mitte, Domine, iram tuam, quae destruat eos sicut stipulam, submerge eos quasi

quasi plumbum in aquis vehementibus.



Irruat super eos formido, & pavor, in
magnitudine brachij tui.

Et sicut tu Deus meus es ille potentis-
simus, qui fecisti potentiam in brachio
tuo, dispersisti superbos mente cordis tui.

Deposuisti potentes de sede, & exaltasti
humiles.

Sic Domine sancte, Pater omnipotens,
æterne deus, libera nos à tempestate, &
ab omni diabolica malignitate. Per domi-
num nostrum Iesum Christum.

Qui venturus est iudicare vivos, & mor-
tuos, & sæculum per ignem. Amen.



L

ALIA

*ALIA CONIVRATIO EFFI-
cacissima contra ipsam imminentiē
tempestatem devotē dicenda, ex
quodam veteri opusculo extracta.*

Primò dicat ter Antiphonam.

Asperges **✠** me Domine &

Miserere mei. *Deinde*

sequitur.

Pater te **✠** confundat: Filius **✠** te
dividat: Spiritus sanctus **✠** te tran-
seat. In nomine Pa **✠**tris, & Fi **✠**lij, &
Spiritus **✠** sancti, Amen. Ecce Cru **✠**cem
domini, fugite partes adversæ, vicit Leo
de Tribu Iuda, radix David, Alleluia.
Christus **✠** vincit, Christus **✠** regnat,
Christus **✠** imperat, Christus ab omni
malo, & tempestate nos, & omnia bona
nostra defendat. Amen. Con **✠** iuro te,
tempestatas mala, per nomen Domini no-
stri Iesu Christi; & per nomina trium Re-
gum, quorum sunt Gaspar, Melchior, Bal-
tha

tha

thasar, qui Dominum in Bethlem visitare voluerunt, & obtulerunt aurum, thus, & myrrham: Tibi impero, vt procul fugias. & citò recedas á finibus nostris, ne nocere valeas vllis finibus Christianorum. Amen.

Coniuro ✠ te, tempestas valida, per sanctissima nomina Iesu Christi: cō-
iuro ✠ te per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & per Beatam Mariam Matrem eiusdem Domini nostri Iesu Christi, & per Angelos, & per Archangelos, per Thronos, & Dominationes, Principatus, & Potestates, per Cherubim, & Seraphim: Coniuro ✠ te tempestas per septuaginta duos Discipulos Domini Nostri Iesu Christi: Coniuro ✠ te tempestas, per omnia, quæ Deus fecit; & per virtutes Cœlorum, & per septuaginta nomina eiusdem Domini nostri Iesu Christi Hebraicè, Græcè, & Latine, quibus nuncupatur Deus: Coniuro ✠ te tempestas per duodecim Apostolos Domini

L2

ni

ni nostri Iesu Christi, & per tres Patriarchas Abraham, Isaac, & Iacob: & per quatuor Evangelistas Dei, Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem: Coniuro ✠ te tempestas per Annunciationem, & Incarnationem D. N. I. C. per Nativitatem, per Circumcisionem, per Apparitionem, per Ieiunium, per tentationem, per transfigurationem, per traditionem, captionem, colaphizationem, flagellationem, irrisionem, & passionem eius, per Crucem, & clavos, per lanceam, & vulnera sua, per mortem eiusdem Domini nostri Iesu Christi, & per Dolorem, & lacrymas, quas habuit Beatissima Virgo Maria Mater eiusdem Domini nostri Iesu Christi, de Filio suo Domino nostro Iesu Christo, & per Sepulturam eius, & per Resurrectionem, & Ascensionem, per Spiritum sanctum Paraclitum Domini nostri Iesu Christi, ut procul fugias, & citò recedas à finibus nostris.

Coniuro ✠ te tempestas per sanctissimam mortem Iesu Christi, & per
 CRU-

crucem, in qua pependit pro nobis pecca-
 toribus Agios, Ischyros, Athanatos. Con-
 iuro ✠ te tempestas, per hæc nomina,
 Heloy, Heloy, Heloy, Alpha, & Ome-
 ga, Principium, & Finis, Pax, Vita, Vir-
 tus, Salvator, Rex magnus, Deus Saba-
 oth. Coniuro ✠ te tempestas per Sanctos
 Monachos, & Heremitas, per Virgines,
 & per Continentes, & per omnes Sanctos,
 & Sanctas Dei, & per omnes Missas, quæ
 ubique cantantur, & quæ fuerunt canta-
 tæ, & per omnes illos, qui eas cantave-
 runt, & per omnem potestatem Domini
 nostri Iesu Christi, & per omnia, quæ ad
 honorem Dei, & Beatæ Mariæ Virginis,
 & omnium Sanctorum dici possunt. Con-
 iuro ✠ te tempestas, vt non cadas in ter-
 ritorio nostro, seu in finibus nostris, nec
 in alio loco, vbi nocere possis Christia-
 nis. Coniuro ✠ te tempestas per omnia
 supradicta, vt non noceas, nec nocere
 possis animalibus, nec bonis nostris: sed
 cade in loco deserto, seu eremo inhabita-
 bili, vel in tali loco, vt nemini noceas.
 Amen.

L3





ORE-

OREMVS.

DEus, qui Beatæ Birgittæ tempesta-
tem superare concessisti: da nobis
famulis tuis intercedentibus, & ro-
gantibus, vt per eius orationem, atque
merita, ab omnifulgure, & tempestate,
& periculo liberari valeamus. Per Domi-
num. Increatus ✠ Pater, Increatus ✠ Fi-
lius, Increatus ✠ Spiritus sanctus.

ORATIO.

Domine Iesu Christe, qui cœlum,
& terram fecisti, & in flumine
Iordanis baptizari voluisti: bene-
dicere, ✠ & sanctificare digneri has nu-
bes, quas video ante me positas per vir-
tutem, & potestatem tuam transeant, &
defluant, & convertantur in aquam be-
nedictâ, & sanctam, vt non noceant vl-
lis finibus Christianorum, nec bonis, ac
fructibus terræ, & per Passionem Iesu
Christi

Christi, & per orationem B. Birgittæ vos
 coniuro, in nomine Pa  tris, & Fi  lij,
 & Spiritus  sancti. Amen. Mentem
 sanctam, spontaneam, honorem deo, &
 patriæ liberationem. Ecce Cru  cem
 Domini, fugite partes aduersę, vicit Leo
 de Tribu Iuda, radix David, alleluia. San-
 cta Maria Mater dei, & misericordiæ ora
 pro nobis. Barbara Christi Virgo mitissima
 ferva: & dæmonis hos laqueos digneris
 ultra fugare. Iesus Nazarenus Rex Iudæo-
 rum custodi nos à morte pessima, & a pe-
 nis inferni. Amen.

Ÿ. Salvum fac populum tuum, Domine.
 R. Deus meus sperantem in te.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

Omnipotens sempiterna, & miseri-
 cors Deus, parce me uentibus, pro-
 pitare

pitare supplicanibus : & da, vt post no-
xios nubium, & procellarum ventos in
materiam laudis transeat comminatio tem-
pestatis.

ORATIO.

OMnipotens sempiterne deus, qui
dedisti famulis tuis in confessione
veræ fidei, æternæ Trinitatis glo-
riam agnoscere, & in potentia maiestatis
adorare veritatem, quæsumus, vt eius-
dem fidei firmitate ab omnibus semper
muniamur aduersis. Per dominum.

Psalmus 5.

Verba mea auribus percipe Domi-
ne : intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ : rex meus,
& deus meus.

Quoniam ad te orabo, Domine : mane
exau-

exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi, & videbo: quoniam non deus volens iniquitatem, tu es.

Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum: & dolosum abominabitur Dominus: ego autem in multitudine misericordiae tuae.

Introibo in domum tuam: adorabo ad Templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine, deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos, dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant: iudica illos, Deus.

Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniã irritaverunt te, Domine.

L 5

Et

Et lætentur omnes, qui sperant in te: in æternum exultabunt, & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.

Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ: coronasti nos. Gloria.

ORATIO.

A ctiones nostras, quæsumus, Domine, aspirando præveni, & adiuvando prosequere. vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te coepta finiatur. Per Dominum nostrum, &c. Coniuro ✠ vos aereas potestates per Deum vivum, & verum Creatorem cæli, & terræ, per illum, qui firmavit aridam, & fundavit, cui non est principium, neque finis, cui omni generi reflectitur cælestium, terrestrium, & infernorum, vt non habeatis potestatem in Parochia ista, nec in terra aliqua, ubi
no.

nomen domini invocatum sit. Iterum cō-
 iuro ✠ vos, per miram potentiam Dei, &
 nobilitatem creatoris omnium, qui dis-
 ponit omnia, & illa gubernat perpetua
 ratione, & per eius sanctissima nomina,
 per quæ firmamentum volvitur, regitur
 coelum, terra ponderatur, mare mensura-
 tur, Ocheos, Agia, Saday, Adonay, vt
 citò, & sine mora recedatis, quicumque
 estis in aere, vbi cumque sitis, vt cum
 fortuna in montibus arduis, & remotis re-
 cedatis. Iterum vos ✠ coniuro per An-
 gelos domini fortes, & electos Michaelē,
 Gabrielem, Raphaelē, per Thronum
 Dei vivi, per triumphalem, & igneam fa-
 ciem, quæ exiit ab ore sedentis super
 Thronum, & gloriam, & per largam po-
 tentiam suam, & per illud sanctissimum
 Corpus Christi, quod offertur in M.ssa,
 per sacratissima verba, per Sacerdotem
 illic prolata, vt citò, & citius recedatis, vt
 credamus, & confiteamur, quia Iesus
 Christus Filius Dei vivi omnipotens est
 per obedientiam vestram, quia Deus po-

tens est, & superpotens, & non est alius
 Deus præter Deum coeli: qui est trinus,
 & vnus. Qui vivit, & regnat in sæcula
 sæculorum. Amen. Recedite erga vos ma-
 ligni spiritus obedientes omnibus verbis,
 quæ de Deo vivo, & vero dico, & noli-
 te esse inobedientes imperijs meis, quæ in
 honorem facio vobis, sed date gloriam
 nomini eius, & in signum obedientiæ
 vestræ, validissimæ potentiaæ suæ furor in
 puteum ultionis vos intrudat. Iterùm, ac-
 que iterùm coniuro vos per quatuor An-
 gelos, qui quatuor angulis terræ consti-
 tuti sunt, quibus datum est nocere terræ,
 & mari, & omnibus arboribus; & (vos-
 met si estis) coniuro vos per omnia verba,
 & nomina prædicta, & per omnes cives
 caelestes, & per virtutem fortissimi, &
 virtuosissimi nominis Domini nostri Ie-
 su Christi, quod est inter nos, vt citò re-
 cedatis sine aliqua mora, nullum nocu-
 mentum inferentes in terra, sed ite cum
 vestra fortuna, vbi nullus habitat, nisi
 vos. Exaudite ergo exorcismum, quod

vobis facio, & nolite contemnere verba, quæ dicimus de Salvatore nostro Deo vivo, & vero, qui vester Deus est, & per nomen fortissimum, per quod resurgent ossa mortuorum, vt velociter recedatis, & sitis obedientes verbis prædictis, per virtutem, & potentiam Dei omnipotentis, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Item coniuro ✠ vos per nomina sanctissimi Dei vivi, & veri Alpha, & Omega, & alia nomina reuerenda, vt non habeatis potestatem in bonis nostris, quæcumque sint, nec in quibusque alijs. Coniuro ✠ vos per potentiam Dei excelsi, & per diem tremendi iudicij, in quo vos iudicabit Iesus Christus, qui venturus est iudicare vivos, et mortuos, et per illum, quem peperit Virgo Maria, et qui coram discipulis suis est elevatus in cælum. Qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in sæcula, &c.

OREMVS.

Domine Iesu Christe ostende virtutem, et misericordiam tuam super nos, et super omnia bona nostra, per quatuor Evangelistas, quos confortavit dextera tua, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus Moyse, Deus Eliaz, Deus Tobia; Deus qui tres pueros de camino ignis ardentis liberaſtu, danielem de lacu Leonum, Sufannam de falso crimine, et Ionam de ventre ceti, defende, et libera locum istum, et omnia bona huius Parochia, et aliorum locorum, vbi nomen Domini invocatur, ab omni fulgure, et tempeſtate, vt ſciamus, et cognoſcamus, quia tu es Filius Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti. Coniuro ✠ vos omnes aereas poteſtates per Beatissimam Virginem Mariam, et per beatos Apostolos Petrum, et Paulum, et Andreã, vt statim hinc recedatis, et habeatis in locum desertum. Coniuro ✠ vos iterum per quatuor Evangelistas S. Matthæum, S. Mar-

Mar-

Marcum, S. Lucam, et S. Ioannem, et
 per Mortem, et Resurrectionem Domini
 nostri Iesu Christi, et per duodecim A-
 postolos. In nomine sanctæ, et individuæ
 Trinitatis, Pa-**†**tris, et Fi-**†**lij, et Spi-
 ritus **†** sancti. Amen.

Deus, Deus meus respice in me, et
 miserere mei, ne perdas cum im-
 pijs animam meam. Magnæ Deus
 potentia, qui terram super aquas firmasti,
 illumina, quæso, animam, et intellectum
 meum, quia tu es Deus excelsus super om-
 nes Deos, et non est alius præter te Domi-
 ne: qui solus dominaris potestatibus cœ-
 li, et terræ, et abyssi: qui omnia in sapi-
 entia fecisti: qui es benedictus in sæcula
 sæculorum. Amen.

Deus Celi, Deus terræ, Deus, uni-
 versi conditor orbis, qui benedi-
 xisti terram tuam, benedic, Domi-
 ne, nos, et locum, quem in honore tuo
 signamus: et tu, Domine, qui illuminas-

ti cæcos, illumina, quæso, mentem meam,
 et oculos meos, vt possim videre, et mag-
 nificare mirabilia tua. Magnæ deus po-
 tentiæ, cuius potestati cœteræ subiiciun-
 tur potestates, et spiritus vniversi, tuum
 sanctum nomen inuocamus. Coniuramus
 vos omnes aereas, et diabolicas potesta-
 tes per Pa^{tr}em, et Fi^{li}um, et Spi-
 ritum^{san}ctum, vt non habeatis potes-
 tatem in ista regione, nec etiam in alijs,
 vbi sanctum Dei nomen adoratur, invo-
 catur, colitur sed eatis cum fortuna vestra
 in montibus arduis, et infœcundis, vbi
 nullus habitat: et ibi effundatis tempest-
 rates, ac furorem vestrum.

ORATIO.

Domine Iesu Christe Fili dei be-
 nedicti, bene^{dic}te, et defende
 vniversam terram nostram ab hos-
 te maligno, tu, qui es gloriosus, et lau-
 dabilis in sæcula. Iterum coniuro^o vos
 aereas,

heras, & diabolicas potestates, vt non
 habeatis potestatem effundere tēpestatem
 aliquam in bonis nostris per hæc sanctis-
 sima nomina, Deus, Rex, Lux, Emma-
 nuel, Sabaoth, Adonay, Tetagrammaton,
 Ovis, Hely, Heloy te benedicat, & sancti-
 ficet. In nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij,
 & Spiritus ✠ sancti. Amen.

ORATIO.

DEus refugium nostrum, & virtus,
 adesto pijs Ecclesiæ tuæ precibus
 auctor ipse pietatis, & præsta, vt
 quod fideliter petimus, efficaciter conse-
 quamur. Per Dominum.

ORATIO.

NE despicias, omnipotens Deus, po-
 pulum tuum in afflictione claman-
 tem: sed propter gloriam nominis tui tri-
 bulatis succurre placatus. Per.

M

ALIA

70
*ALIA CONIVRATIO CONTRA
tonitrua, fulgura; Et tempesta-
tes, habita a quodam pio
Sacerdote.*

*Primo dicatur, In nomine Patris,
✠ & Filij, & Spiritus sancti. Amē.*

Cum aspersione aque benedicta.

Domine Iesu Christe, qui cœlum,
& terram fecisti, mare, & omnia
construxisti, & flumen Jordanis be-
nedixisti, in quo baptizatus fuisti: Dig-
nare, Domine bene ✠ dicere, & sancti ✠
ficare nubes istas, quas contra me video,
vt deficient, & fundant aquam benedi-
ctam. Domine Iesu Christe, qui es defen-
sor, & protector omnium Christianorum,
qui salvos facis omnes sperantes in te nō
derelinquas quærentes nomen tuum, qui
ovem perditam in humeris tuis positam
ad cœlos reduxisti. Te invocamus, Christe
te

te defensor noster, & pietatem tuam de-
 precamur, pro salvatione frugum terræ
 nostræ, & laboribus nostris, quos pro tua
 pietate nobis donare dignatus es, pariter-
 que nos omnes defendere digneris ab om-
 ni malitia tempestatum, & ab omnibus
 contrarijs virtutibus. Deus invisibilis, &
 immortalis, Deus Abraham, Deus Isaac,
 Deus Iacob, Deus Angelorum, Deus
 Archangelorum, Deus Patriarcharum,
 Deus Prophetarum, Deus Apostolorum,
 Deus Martyrum, Deus Confessorum,
 Deus Virginum, Deus omnium Creator,
 & Salvator, te invocamus, quia pius es, &
 clemens. Veni in auxilium nostrum; &
 miserere nostri Deus noster, qui fecisti
 Coelum, & Terram, Mare, & omnia, quæ
 in eis sunt, cuius potestas est in omnibus,
 & oculi tui omnia vident. Alliga, quæsu-
 mus, Domine, omnem potestatem adver-
 sariorum nostrorum, & omnes malitias
 incantatorum, atque omnes incursiones
 tenebrarum, per virtutem tuam magnam,
 & sanctam, ut non prævaleat, neque no-

cere posit in laboribus seruatorum tuorum,
 qui in te confidunt, qui de magna mise-
 ricordia tua sperant: neque ingrediantur
 in finibus istis, neque in vineis istis, ne-
 que in arboribus. Rogo vos, sancti An-
 geli Dei, Michael, Gabriel, Raphael, &
 omnes sancti Angeli, & Archangeli dei;
 & domini nostri Iesu Christi, vos invo-
 camus, exite in adiutorium nostrum. Et
 iterum adiuro vos Angelos tenebrarum,
 & omnes incantatores, & in cantationes
 malorum, & omnes Satanæ ministros, qui
 coagulatis ventos, & imperatis, & tem-
 pestates emittitis, & laborem hominum
 tollitis. Adiuro vos per Pa^{tr}em, &
 Fi^{li}um, & Spiritum^s sanctum, ut
 non noceatis in finibus nostris, sed aver-
 tite retrorsum, & ite in diversis locis de-
 fertis, vbi non aratur, nec seminatur, nec
 habitatio hominis est, nec esse potest, ibi
 discurrete. Adiuro vos per Beatissimam
 Virginem Mariam dei Genitricem, &
 per Beatissimum Præcursores, & Mar-
 tyrem Christi Ioannem Baptistam, & per
 Mi-

Michaellem Archangelum, qui Principem
 vestrum diabolum Satanam expugnavit,
 & catenis igneis alligavit. Adiuro vos per
 tres Patriarchas, viginti quatuor seniores,
 & per duodecim Apostolos, & per qua-
 tuor Evangelistas, & per omnes Marty-
 res, & per omnes illos, qui deo placue-
 runt ab initio mundi, & coronati sunt
 ante eum, vt non mittatis lapides, & tem-
 pestates, nec fulgura, nec vllam corusca-
 tionem in finibus nostris. Sed veniat aqua
 sine aliqua malitia, quam Dominus bene-
 dixit in flumine Iordanis, vbi ipse bap-
 tizatus fuit, & inebriet terram, & eam
 faciat germinare. Ego autem vos coniuro,
 in nomine Pa **†** tris, & Fi **†** lij, & Spi-
 ritus **†** sancti. Amen. Et per omnes vir-
 tutes coelorum, vt nullam dominationem
 habeatis in finibus nostris; ne cum ve-
 neritis ante Tribunal Domini, nostri Iesu
 Christi dicatis mentientes: nos fuimus
 in tali patria; & nemo nobis contradixit.
 Ego enim vobis contradico, & coniuro
 omnes contrarietates vestras per Domi-
 num

num nostrum Iesum Christum Creatorem
 omnium visibilium, & invisibilium, qui
 fecit cœlum, & terram, mare, & om-
 nia, quæ in eis sunt, qui ambulat su-
 per aspidem, & basiliscum, & concul-
 cat Leonem, & draconem, cui nomen
 sanctum, terribile, & immortale Adonay
 est, cui omne genu flectitur cœlestium,
 terrestrium, & infernorum; & omnes
 ei proclamant: Sanctus, Sanctus, Sanctus
 Dominus Deus Sabaoth: Pleni sunt cœ-
 li, & terra, gloria eius. Vos autem mi-
 nistri Saranæ, & tenebrarum, & omnes
 spiritus maleficiorum convertimini retror-
 sum, & discurrete in diversis montibus, &
 locis desertis, vbi nullus habitat, nec la-
 bor Christianorum est, recedite, recedite,
 recedite, & convertimini retrorsum, &
 erubescite, & confundimini omnes vos
 spiritus nequitiae: quia deus adiutor no-
 ster est in æternum: nos verò lætabimur
 in Domino deo nostro, & ei laudes dice-
 mus: Sanctus, Sanctus, Sanctus, qui est,
 & qui erat, & qui venturus est, Osana in
 excelsis.

Psal-

Psalmus 148.

Laudate Dominum de caelis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum Sol, & Luna: laudate eum omnes Stellæ, & lumen.

Laudate eum coeli cœlorum: & aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi: præceptum posuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra: dracones, & omnes abissi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.

Montes, & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestiæ, & vniversa pecora: serpentes, & volucres pennatæ.

M4

Re.

Reges terræ, & omnes populi: principes,
 & omnes iudices terræ.

Iuvenes, & virgines, senes cum iunioribus,
 laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super cœlum, & terram:
 & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis eius: filijs
 Israel, populo appropinquanti sibi.

Cantate Domino canticum novum:
 laus eius in Ecclesia sanctorum.

Lætetur Israel in eo, qui fecit eum:
 & filij Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro: in tympano,
 & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo:
 & exaltavit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in glória: lætabuntur
 in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum; &
 gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus:
 increpationes in populis.

Ad

Ad alligandos Reges eorum in compe-
dibus: & nobiles eorum in manicis fer-
reis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum:
gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Laudate Dominum in sanctis eius: lau-
date eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: lauda-
te eum secundum multitudinem magnitu-
dinis eius.

Laudate eum in sono tubæ: laudate
eum in psalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro:
laudate eum in chordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonan-
tibus: laudate eum in cymbalis iubilati-
onis: omnis spiritus laudet Dominum.
Gloria Patri, &c.

Psalmus 28.

Afferte Domino Filij Dei: afferte
Domino filios arietum.

Ms

A.

Afferte Domino gloriam, & honorem;
 afferte Domino gloriam nomini eius: a-
 dorate Dominum in atrio sancto eius.

Vox Domini super aquas, Deus ma-
 iestatis intonuit: Dominus super aquas
 multas.

Vox Domini in virtute: vox Domini in
 magnificentia.

Vox Domini confringentis cedros: &
 confringet Dominus cedros Libani.

Et comminuet eas tanquam vitulum
 Libani: & dilectus quemadmodum filius
 unicornium.

Vox Domini intercidentis flammam
 ignis: vox Domini concutientis desertum,
 & commovebit Dominus desertum Cades.

Vox Domini præparantis cervos, &
 revelabit condensa: & in templo eius om-
 nes dicent gloriam.

Dominus diluvium inhabitare facit: &
 sedebit Dominus rex in æternum.

Dominus virtutem populo suo dabit:
 Dominus benedicet populo suo in pace.
 Gloria Patri, &c.

ORE.

ORATIO.

DEus, qui es omninum tibi fervientium, refugium, & virtus, qui ipsos motus aeris ad cultum tuę maiestatis instituis: tranquillitatem nobis misericordię tuę largire, remotis terroribus: & cuius iram expavimus, clementiam sentiamus. Per Dominum nostrum.

*SEQUITUR ALIA CONIV-
ratio grandinis.*

✠ In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Pater noster, &c. Sed libera nos à fulgure, & tempestate, & ab omni malo.

OREMVS.

Omnipotens sempiternę Deus, parce metuentibus, propitiare suppli-
M6 can-

cantibus tibi ✠ vt hos perniciosos imbres nubium, & vim procellarum, & comminationem tempestatis in materiam tuæ laudis transire facias. Amen. Pater noster, &c. Sed libera nos ab hac tempestate, & grandine, & ab omni malo. Amen.

C Oniuro vos aereas potestates, per Deum vivum, ✠ per Deum verum, ✠ per Deum sanctum, ✠ vt non iactetis grandines, & tempestates in possessionibus, & finibus nostris, & non dixeritis ante Tribunal Christi, quod nemo vobis contradixerit. Ego enim precipio vobis. In nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ sancti, vt non iactetis grandines, & tempestates in possessionibus, et finibus nostris. Sed eas proijcite per fluvium, vel immergite in mare sine damno alicuius personæ. Amen.

*POSTEA DICATUR
Psalmus.*

Lauda Ierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion.

Quo-

Quoniam confortavit feras portarum
tuarum; benedixit filijs tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: et adipe
frumenti satiat te.

Qui emitit eloquium suum terræ; ve-
lociter currit sermo eius.

Qui dat nivem sicut lanam; nebulam
sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas;
ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

Emittet verbum suum, et liquefaciet
ea: flabit spiritus eius, et fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum suum Iacob; ius-
ticias, et iudicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi: et iudi-
cia sua non manifestavit eis.

Gloria Patri, et Filio, &c.

*Hac coniuratio ter devotè dica-
tur contra tempus tempestuosum.*

ALIVS EXORCISMVS,
sive coniuratio tempestatis.

Ego Sacerdos, quamvis indignus, au-
toritate Apostolica, qua fungor, et

M7

in

in nomine Domini nostri Iesu Christi, et
 in virtute passionis eius, præcipio vobis,
 demones, cum omni societate vestra, ✠
 ut non habeatis potestatem in nubibus cœ-
 li, nec mittere grandines, ✠ tonitrua, at-
 que fulgura, et omnia, quæ mala sunt, et
 contra genus humanum sunt, et bona sua.
 ✠ Hoc præceptum sit vobis, sub pœna
 gehennæ ignis. In nomine Patris, ✠ et
 Filij, ✠ et Spiritus ✠ sancti. Amen.

ALIA CONIVRATIO

O Domine Iesu Christe, qui cœlum,
 et terram, fundasti, et flumen Ior-
 danis, et in eo flumine à Ioanne
 baptizari voluisti; benedicere, et sancti-
 ficare digneris has nubes, quas video an-
 te me positas, ut transeant in aquam be-
 nedictam, et cadant, et emittant tem-
 pestates in locis desertis, ubi non nocent,
 nec nocere possint aliquibus Christianis,
 nec aliquibus animalibus, nec fructibus

ter-

7M

terræ, per virtutem omnium sanctorum, et
sanctarum Dei, et per Christum Domi-
num nostrum, &c.

Coniuro vos omnes spiritus maligni
per Creatorem cœli, et terræ, et
per incarnationem eius, per bap-
tismum, per ieiunium, per crucem per
mortem, et resurrectionem eius. Et con-
iuro vos per gloriosissimam Virginem
Mariam Matrē Domini nostri Iesu Chri-
sti, per sanctos Angelos, Archangelos,
Prophetas, Apostolos, Evangelistas, Mar-
tyres, Confessores, Virgines, et per om-
nes sanctos, et sanctas Dei, et per qua-
tuor animalia ante divinam maiestatem
gradientia, oculos, ante, et retro haben-
tia, et per illud nomen sanctum Dei, Te-
tagrammaton. Coniuro vos spiritus ma-
ligni, vmbre, phantasmata, et omnes
coniurationes, et incantatores diabolicæ
artis, per Thronum Dei, et per divinam
maiestatem, et per ignem ante Thronum
circumstantem, et per virtutem Agni Dei

Mg

Deum


Deum orantis, et per omnes alias milicias
 cœlestis exercitus, et per illam obedi-
 tiam, quam Deo observare debetis, et per
 omnes Angelicas intelligentias, move-
 tes, regentes, et inspirantes, et influen-
 tes, atque gubernantes orbes cœlorum,
 septem planetarum, ac omnium stella-
 rum, creaturarum, quatuor elementorum,
 quæ sunt in mundo; et per celebra-
 tiones, laudes, sacrificia, quæ fiunt nunc,
 et per ea, quæ facta sunt, et etiam in fu-
 turum fient, et per summum Creatorem
 omnium, et per laudem, et gloriam ipsius
 Dei Patris, ✠ et Filij, ✠ et Spiritus ✠
 sancti. Amen. Et per totius curiæ cœles-
 tis exercitus, quod non deponatis iram
 vestram, nec tempestates, nec vllas dam-
 nificationes supra locum nostrum, seu ter-
 ritorium nostrum, nec in confinibus dicti
 territorij, sed in mare, vel in aquis, aut
 in locis sylvestribus longè de gentibus à
 confinibus supradictis fiat tempestas ves-
 tra. Ne autem, cum veneritis in die Iudi-
 cij ante Tribunal Domini nostri Iesu Chri-
 sti,




sti, dicatis, quod vobis nemo contradi-
 xit, quoniam ego vobis contradico, in
 nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiri-
 tus ✠ sancti. Amen. Et iterum vobis de-
 nuo contradico, & hoc instanter, instan-
 tius, & instantissimè: Coniuro, constrin-
 go, ligo, & exorcizo vos omnes spiritus
 malignos supradictos, & omnes contra-
 dictores, & incantatores diabolicæ artis,
 quòd statim, & immediatè, sine aliqua
 mora, & sine aliqua damnificatione, non
 damnificetis, nec damnificare faciatis su-
 pradictum territorium nostrum. Et ideò
 vobis præcipio auctoritate supra allegata,
 & per potestatem, quam habeo super vos,
 mihi traditam in baptismo, & in alijs sa-
 cramentis, vt citò, & sine aliqua mora,
 hinc recedatis, & eatis in diversis mon-
 tibus, & locis desertis, vbi nec aratur, nec
 seminatur, nec vlla habitatio est, & ibi
 malitiam vestram exercete, & ibi vestras
 tempestates deijcite. Et etiam vobis præ-
 cipio auctoritate superius allegata, nisi
 posueritis in effectum petitionem meam,

N

præ-

prædicta cōniuratione, & comminatione
 in supradictos, & per virtutem omnium
 sanctorum, ac sanctarum Dei, vos omnes
 spiritus malignos ligo, & constringo in
 profundum maris, & abyssi, & in stag-
 num ignis, & sulphuris, & hoc per tre-
 mendum diem iudicij, & per virtutem
 omnium supradictorum. Amen.

Et etiam per Crucem  Domini no-
 stri Iesu Christi, fugite, fugite in partes
 diversas, nam vicit Leo de tribu Iuda, ra-
 dix David, Alleluia, Alleluia, Alleluia, &
 fiat, fiat. Amen.

A Diuro vos Angeli tartarei per Pa-
 trem  & Filium,  & Spiri-
 tum  sanctum, & per illam lan-
 ceam coniuro vos, qua Dominus noster
 Iesus Christus fuit lanceatus in cruce, &
 per illos clavos, qui membra Domini per-
 foraverunt, & per illam aquam, & san-
 guinem, qui de latere Domini nostri Ie-
 su Christi processerunt, & per illam spi-
 neam Coronam, quæ in capite Domini
 nos-

nostri Iesu Christi posita fuit, & per san-
 ctam Resurrectionem eius, & per Ascen-
 sionem, & per gratiam Spiritus sancti.
 Coniuro vos ✠ spiritus maligni, vt non
 habeatis, virtutem, neque potestatem
 super campos nostros aliquid mali facere.
 Coniuro vos ✠ maligni spiritus, per Pa-
 trem Domini nostri Iesu Christi, & per
 omnes sanctos eius. Coniuro vos ✠ per
 sanctam Mariam Matrem Domini nostri
 Iesu Christi, & per sanctum Michaelē
 Archangelum, & per sanctum Gabrielē,
 & sanctum Raphaelē, & Seraphinum.
 Coniuro vos, ✠ & contradico vobis per
 istas coniurationes, vt non habeatis po-
 testatem super hunc populum Christianū
 fundere tempestatem. Adiuro vos ✠ per
 sanctum Petrum, & per sanctum Paulum,
 qui suis orationibus deiecerunt Simonem
 Magum, & per sanctum Andream, & san-
 ctum Ioannem, & per sanctum Bartho-
 lomæum, & per quatuor Evangelistas,
 sanctum Matthæum, sanctum Marcum,
 sanctum Lucam, & sanctum Ioannem.

N2

Vos

Vos coniuro ✠ per communionem, & so-
 cietatem sanctorum civium Christi, &
 per duodecim legiones Angelorum, &
 per vigintiquatuor seniores, & per om-
 nes virtutes coelorum, & per septē Thro-
 nos, & per septem dominationes, & per
 septiformem gratiam Dei, & per singula
 singulorum, & per Agnum Dei immacu-
 latum Iesum Christum, cui est honor, &
 virtus, & per omnes Angelos: qui stant
 in Paradyso. Coniuro vos ✠ per Deum
 vivum cœli, Deum Angelorum, Deum
 Patriarcharum, & Prophetarum, & A-
 postolorum, Deum Martyrum, Deum
 Confessorum, Deum Virginum: vt non
 habeatis potestatem, neque virtutem in
 nubibus cœli nobis nocere, neque flagel-
 lare super campos nostros, sedite ad loca
 deserta, vbi non aratur, nec seminatur,
 nec nomen Domini nostri Iesu Christi
 invocatur. Amen.

CONIURATIO AERIS.

Coniuro te ✠ Aër, & omnia quæ in te, & de te vivunt, & in te manent, per Deum Patrem omnipotentem creatorem cœli, & terræ, & per sanctam Virginem Mariam Matrem Domini nostri Iesu Christi intemeratam, & incorruptam, & per illum, cui obedisti, quando imperavit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna, vt tu aër non habeas potestatem continendi in te spiritum maledictum, & nequissimum, nec omnes faventes sibi, sed ipsum á te eijcias, & omnes sibi faventes, sicut Beata Virgo Maria respuit omnem peccati labem. Amen.

Exorcizo te ✠ Aër, coniuuro, ✠ & præcipio ✠ per eum per quem Purificatus exististi, dum in forma columbæ super Iesum Christum descenderet, & dum ipsemet Iesus in aëra super Lignum ✠ Crucis levaretur, per eum

N 3

per

per quem sanctificatus fuisti, dum com-
 mitantibus Angelorum exercitibus, &
 beatorum, ad coelos ascenderet, & per
 eos, per quos in te multoties apparentes
 prætiosa Domino nuntiaverunt. Coniuro
 te aër per deum Patrem omnipotentem,
 & Filium vnicum Dominum nostrum, &
 Spiritum sanctum Paracletum, & per san-
 ctum sacrificium, quod hodie celebratur
 per totum orbem ad Dominum nostrum
 Iesum Christum, & per omnia illa, qui-
 bus in nomine Iesu Christi coniurari, &
 constringi poteris, vt hunc spiritum ne-
 quisimum, & rebellem dei retinere non
 valeas, nec faventes sibi. Per eum qui ven-
 turus est iudicare, &c.

CONIURATIO VEN- TORUM.

EXorcizo vos ✠ ventos favorabiles,
 coniuro, ✠ & præcipio ✠ per eum
 qui producit ventum de thesauris
 suis

suis secretis: per eum qui locustas per te
 levavit in Ægypto: per eum qui flante
 vento vehementi, & vrente tota nocte,
 vertit mare in sicco: per eum qui fecit
 quasi ventum toris flantem in medio for-
 nacis, & liberavit Azariam, & socios suos:
 per eum cui obediunt mare, & venti: per
 eum qui cum ascendisset in naviculam,
 cessavit ventus contrarius, & facta est
 tranquillitas magna. Ergo per eum, qui
 hæc, & alia mirabilia valde operatus est
 in vobis, præcipio, & coniuro, vt nequa-
 quam tempestates ad nocumentum nostrum
 paratas retineatis; sed in vnitate sanctæ
 Crucis **✝** quam contra vos facio, re-
 pente à nobis, & à tota regione Christia-
 norum auferatis, sine læsione alicuius
 hominis, neque terræ neque loci; & in
 nomine Creatoris, & Redemptoris nostri,
 nunc in omni vi, & impetu vestro eos af-
 ferre, & præcipitare in saxosis montibus,
 in cavernis, in locis aridis, & desertis, in
 quibus non aratur, nec seminatur, nec
 quidquam colligitur, nec nomen Iesu
 N4 Chri.

Christi invocatur, nec nominatur, vt dæ-
 mones rabies maledictas ibidem spuman-
 tes, eos incendant fulgura de cœlo. Imò
 in virtute eiusdem omnipotentis Dei, &
 Domini nostri Iesu Christi iunpero,
 vt fugientes relinquatis nobis imbrem,
 & aquam mellifluam benedictam, & san-
 ctam ad irrigandos agros, & nemora, &
 viridaria, & vineas, & sylvas, fruges, &
 platana, vt habeant pauperes panem,
 vinum, omniumque generum fructus in
 abundantia, & saturitate. Benedicat ergo
 vos nubes Deus ✠ Pater, Benedicat vos
 Deus ✠ Filius, Benedicat vos Deus ✠
 Spiritus sanctus. Circundet vos nubes
 Deus ✠ Pater, circundet vos Filius, ✠
 circundet vos Spiritus sanctus. ✠ Amen,
 Ante vos sit Deus ✠ Pater, ante vos sit
 Deus ✠ Filius, ante vos sit Deus ✠ Spi-
 ritus sanctus. Post vos sit Deus ✠ Pater,
 post vos sit Deus ✠ Filius, post vos sit
 Deus ✠ Spiritus sanctus. Sanctificet tan-
 dem vos Deus Pater, sanctificet Deus
 ✠ Filius, sanctificet Deus ✠ Spiritus san-
 ctus.

ψ. Qui producit aërem, & ventos de thesauris suis.

℞. Vehunt nubes, & resolvantur in aquã ad irrigandum fructus, & terminum istum.

ψ. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

ψ. Dominus vobiscum. ℞. Et cū spiritu tuo.

OREMVS.

A Domo tua, quæsumus Domine, spirituales nequitia repellantur, & aërearum discedat malignitas tempestatum, & fulgurum, & nos famulos tuos ab omni aduersitate custodi, & fructus terræ dare, & conservare digneris. Per Christum dominum nostrum. Amen.

PRO GRATIARVM ACTIONE, pro victoria contra tempus tempestuosum.

Te Deum laudamus, &c. ψ. Benedicamus Patrem, & Filium, cū sancto Spiritu.

Ns

℞.

R. Laudemus, & superexaltemus eum
in sæcula.

ψ. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat. ψ. Domi-
nus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

DEus, cuius misericordiæ non est
numerus, & bonitatis infinitus,
est thesaurus, piissime maiestati
tuæ, pro collatis donis gratias agimus
tuam semper clementiam exorantes; vt
qui petentibus postulata concedis, eos-
dem non deserens ad præmia futura dis-
ponas. Per dominum nostrum.



CAP.

CAP. IX. DE EXORCIS-
mis contra mures, erucas, bruchos,
talpones, formicas, cimices, cinifes
serpentes, vyperas, ac aves, Et
contra omnia animalia nociva de
vastantia fructus terra. ac be-
nedictio termini. Ex
Paschasio.

AD ORENTEM.

- Ÿ. *Aiutorium nostrum, &c.*
- ℞. *Qui fecit cœlum, &c.*
- Ÿ. *Domine exaudi, &c.*
- ℞. *Et clamor meus, &c.*
- Ÿ. *Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiri-*
tu tuo.

OREMUS.

Domine Iesu Christe Fili dei vivi
 qui in hunc mundum venisti prop-
 ter peccatores de sinu Patris tui:

N6 mit-

mittere digneris super nos misericordiam
tuam. Qui vivis, et regnas, &c.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Sequentia S. Evangelij secundum Ioannē.

Gloria tibi Domine.

In principio era Verbum; et Verbum, &c.
vt in fol. 107.

A Diuro vos mures, vermes, bruchos
&c. et omnia animalia nociva per
Deum ✠ vivum. Per Deum ✠ ve-
rum. Per Deum ✠ sanctum, qui totum
mundum continet, et per omnes virtutes
cœlorum, vt non habeatis potestatem no-
cendi terminos, vel domos, nobis com-
missos. Per eum qui in Trinitate perfecta
vivit, et regnat, &c.

AD OCCIDENTEM.

S Alva nos Salvator mundi, qui per
Crucem, et sanguinem tuum rede-
mis-

mis-

misti mundum, auxiliare nobis te precamur Deus noster, et libera terminum istum, vel domum istam ab omni tempestate murium, vermium, &c. et omnium animalium nocivorum. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Sequentia S. Evangelij secundum Marcū.

Gloria tibi Domine.

In illo tempore: Recumbentibus vndecim discipulis apparuit illis Iesus, &c. vt in fol. 114.

Ipsē vobis imperat ☩ dæmones qui hos mures, vermes, bruchos, &c. et omnia animalia nociva commovetis, qui de nube lucida dixit. Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Ipse vobis imperat, qui fuit à ludæis captus, illusus, flagellatus, a lapis cesus, spinis Coronatus, Crucifixus, felle potatus, lancea tranfixus, mortuus, ac sepul-

pultus; fugite ergo ab hoc termino, vel
ab hac domo. Et fructibus eius. Per eun-
dem Christum dominum nostrum, &c.

AD MERIDIEM.

OREMVS.

O Mater Dei Virgo Clementissima,
Mater misericordiae, ne deferas
nos famulos tuos in tua misericor-
dia confidentes; in hac tribulatione, et
angustia positos; sed succurre nobis Ma-
ter piissima, et auxiliare nobis contra
inimicos nostros, et fac illos ad implere
omnia quae in tua virtute, et in nomine
dilectissimi Filij tui Domini nostri, et sub
tua intercessione illis praecipimus. Per
Christum, &c.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Sequentia S. Evangelij secundum Marcum.

Gloria tibi Domine.

In

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis
suis habete fidem dei, &c. vt in fol. 55.

E Rgo maledicte diabole recognosce
sententiam tuam, et da honorem
Deo vivo, et vero, et da hono-
rem Iesu Christo Filio eius, et Spiritui
sancto Paraclito; et recede à nobis, et ab
omnibus finibus huius termini, vel do-
mus, quia istos fructus terræ Dominus
noster Iesus Christus, per suam gratiam,
et benedictionem ✠ ad in columitatem
nostram dono suo creare dignatus est. Et
hoc signum sanctę ✠ Crucis quod hic
facio tu maledicte diabole cum tuo exer-
citu murium, vermium, bruchorum, &c.
et omnium animalium nocivorum nun-
quam audeatis violare. Per Christum, &c.

AD AQUILONEM.

OREMUS.

D Eus qui pro redemptione mundi
voluisti nasci, circumcidi, à Iudæis
repro-

reprouari, á Iuda traditore osculo tradi,
 vinculis alligari; sicut agnus innocens ad
 victimam duci, atque conspectibus Anæ,
 Caiphæ, Pilati, et Herodis indecenter
 offerri, falsis testibus acufari, flagellis, et
 oprobrijs vexari, spucijs conspui, spinis
 coronari, colaphis cedi, vestibus exui, cru-
 ci clavis affixi, in cruce levati, inter la-
 trones disputare, felle, et aceto potari, et
 lancea vulnerari: tu Domine per has san-
 ctissimas penas tuas quas ego indignus re-
 colo, et per sanctam mortem, et crucem
 tuam libera nos, et domum istam ab ista
 tempestate murium, vermium, bruchor-
 um &c. et omnium animalium nocivorum,
 et corrodentium fructus terræ. Qui vivis,
 et regnas cum Deo Patre.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Sequentia S. Evangelij secundum Matthæum

Gloria tibi Domine.

In illo tempore convocatis Iesus duodecim
 Discipulis suis: dedit illis, &c. vt in fol. 49.

Con.

C Oniuro vos iterum immundissimi
 spiritus Behemot, Apolion, qui du-
 citis hanc tempestatem murium,
 vermium, &c. & omnium animalium no-
 civorum, vel vos per quos tempestas hæc
 mora est, & omnis legio, & in cursio Sa-
 tanæ in nomine omnipotentis Dei ✠ qui
 vos creavit, & suo præcepto existis de
 cælo per superviam vestram; & per Deum
 Filium ✠ Iesum Christum Nazarenum,
 qui per suam passionem, sanguinem, &
 crucem redemit mundum, & nos libera-
 vit à vestra, & omnium Demonum po-
 testate, & crudelissima servitute; & no-
 bis super vos dedit potestatem, & virtu-
 tem; & per Deum Spiritum ✠ Sanctum,
 à Patre, & Filio non factum, nec creatum,
 sed ab utroque procedentem vos adiuro
 & constringo. ✠ Et iterum præcipio ve-
 bis auctoritate Beatorum Petri, & Pauli,
 & aliorum successorum Beatissimi Petri,
 vt statim fugiatis cum exercitu malo Mu-
 rium, vermium, &c. & omnium animalium
 nocivorum, & faciatis illos fugere ab om-
 ni-

O

ni-

nibus finibus, & possessionibus istius
termini talimodo vt non possint ledere
fructus terræ. Facite hoc diaboli maledi-
cti in nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spi-
ritus ✠ Sancti. Amen.

Benedictiō dei Patris ✠ omnipoten-
tis, & Filij, ✠ & Spiritus ✠ Sancti def-
cendat super hunc terminum, vel domū.
Amen.

**BENEDICTIO SOLEM-
NIS agrorum, & exorcismus con-
tra noxia animalia de vastantia
fructus terræ. Ex Paschasio.**

Ordo seruandus.

Sacerdos qui Missam celebraverit
pro vastatione segetum, arborum, &
fructuum seu herbarum, accipiat su-
perpelliceum, & stolam, & pluuialem, &
Crucem, aspersorium, & aquam benedi-
ctam

*Item, & alij Clerici venientes processiona-
liter ad agrum, seu domum, vel terminum
ubi sunt animalia noxia, & interim dicant
cantando Litaniam, vt in fol. 76. qua fini-
ta celsus primus dicat.*

ψ. Adiutorium nostrum in nomine Dñi.

℞. Qui feci cælum, & terrã.

ψ. Ostende nobis domine, &c.

℞. Et salutare tuum da nobis.

ψ. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

ψ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

Domine Deus omnipotens, creator
& conservator generis humani,
qui in tempore tribulationis pecca-
ta dimittis his qui invocant te, & mi-eri-
cordiam facis: maiestatem tuam in affi-
xione bruchi, locustę, & muris, seu N.

aut aliorum animalium exorantibus aures
 tuę pietatis accommoda propter nominis
 tui gloriam, & honorem. Per dominum
 nostrum, &c.

OREMVS.

Clementissime deus, cum sis mag-
 nus, & omnipotens, tuam pacien-
 tiam demonstrando, per sanctos
 tuos quotidie operaris, ideoque servi inu-
 tiles confugientes ad intercessionem glo-
 riosę Virginis Marię Filij tui genitricis,
 & omnium sanctorum, qui semper te Do-
 minum dominantium in throno sedentę,
 laudant; quęsumus, vt noxiarum tran-
 quillitatem, & fructuum abundantiam
 multiplicatis intercessoribus largiaris. Per
 Christum Dominum nostrum. Amen.

*Postea cantores dicant cantando Psalmos, vt
 infra notatum est, & Sacerdos interim dicat
 sequentes exorcismos.*

Exor-

EXorcizo vos pestiferos vermes, vel
 mures, seu aves, aut N. per Deum
 Patrem ✠ omnipotentem, Iesum
 Christum Filium ✠ eius, & Spiritum
 sanctum ab utroque ✠ procedentem, vt
 confestim recedatis ab his campis, seu vi-
 neis, vel aquis, aut domibus, nec amplius
 in eis habitetis, sed ad ea loca transeatis,
 in quibus nemini nocere possitis; pro
 parte omnipotentis Dei, & totius Curiae
 caelestis, & Ecclesiae sanctae Dei, vos ma-
 ledicens, quocumque ieritis, sitis maledi-
 cti, deficientes de die in diem in vos ip-
 sos, & decrecentes, quatenus reliquiae
 de vobis nullo in loco inveniantur, nisi
 necessariae ad salutem, & usum humanum.
 Quod praestare dignetur, qui venturus
 est iudicare vivos, & mortuos, &c. Amen.

ALIA CONIVRATIO

Ego adiuro vos N. per omnipoten-
 tem Deum, vt ille locus sit vobis
 O; tam

tam detestabilis, prout deo est vit ille,
 qui falsam sententiam protulit, & iusti-
 tiam noluit, & si per omnia supradicta
 per me recusatis abire, maledictio omni-
 potentis Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠
 sancti, & ira, & indignatio omnium An-
 gelorum, & sanctorum, & sanctarum
 Dei, & totius Curiaē cœlestis, & omnium
 creaturarum, statim sine mora, cum fu-
 rore maximo descendat super vos pestife-
 ros vermes: erucas, papiliones, bruchos,
 locustas, mures, talpones, formicas, ci-
 mices, cinifes, serpentes, vyperas, & aves,
 & super omnia animalia nociva; quæ de-
 vastant fructus istarum arborum, & vinea-
 rum, frumentorum, & viriditarum viri-
 darij, vel horti, & fructus totius termi-
 ni, & omnia animalia, quæ in cogni-
 tione mea non veniunt, sint omnes po-
 tentiæ, & virtutes contractæ, per virtu-
 tem magni Salvatoris nostri Iesu Christi,
 & omnipotentis Dei, sic, & taliter vt non
 habeatis, deinceps manducare, neque
 bibere, neque corrodere, neque habi-

bitare in his agris, vel agro, & in horto,
 aut in domibus, vel domo, seu in termi-
 no isto, & si secus fiat, sit vobis in per-
 niciem, & ruinam: sic dictum est, sic
 fiat. In nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spi-
 ritus ✠ sancti. Amen.

Psalmus.


Dominus illuminatio mea, & salus mea,
 &c. vt in fol. 22.

Si vere utique iustitiam loquimini, &c. vt
 in fol. 21.

*Postea dicat Sacerdos cantando, elevata
 Cruce contra noxia animalia.*

P Er Deum vivum, ✠ & immortalē.
 Per Deum ✠ verum. Per Deum
 ✠ Sanctum. præcipio vobis, vt re-
 cedatis à terminis huius agri, seu domus,
 aut horti, & nihil mali faciatis. &c. Amen.
 Per mysterium sanctæ Incarnationis

Iesu Christi, ac eius Nativitatem, præcipio vobis, vt recedatis a terminis, seu possessionibus huius agri, seu N. & eis nihil mali faciatis. R. Amen.

Per hoc signum sanctæ Cru  cis eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui passus est pro salute nostra, & à mortuis resurrexit, & in cœlum ascendit, & inde venturus est iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem, præcipio vobis vt recedatis à possessionibus huius agri, seu N. & eis nihil mali faciatis. R. Amen.

Antiphona.

SI abire distuleritis, maledictio Domini descendat super vos, & percutiat vos per sanctum Angelum suum, sicut percussus fuit exercitus Senacherib, vt cognoscant gentes, & timeant nomen sanctum eius. Amen.

[*Deinde*

217

Deinde dicat flexis genibus.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie
eleison. Pater noster, &c.

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos á malo.

Ÿ. Salvòs fac Domine fructus terræ.

℞. Et de Sion tuere eos.

Ÿ. Fiant vobis dies pauci.

℞. Et morte cito de pascat vos Dominus.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

Domine sancte Pater, omnipotens
æterne deus, qui inimici rugien-
tis sævitiam superas, & hostiles
nequitias potenter expugnas, muro inex-
pugnabili tuæ potentia percinge termi-
num huius agri, seu horti, & totius Reg-
ni

O 5

ni

ni N. nec locustæ, nec alia noxia animalia
 amplius appropinquare possint, disperde
 eas in virtute dilecti Filij tui Domini no-
 stri Iesu Christi, qui venturus est iudica-
 re, &c.

P Reces nostras, quæsumus Domine
 clementer exaudi, vt qui iustè pro-
 peccatis affligimur, & hanc vermiũ,
 seu murium, aut locustarum, vel formi-
 carum, aut aliorum animalium calamita-
 tem patimur, pro tui nominis gloria, ab
 ea misericorditer liberemur, vt per po-
 tentiam tuam expulsa, nulli, noceant, &
 hos agros, vineas, seu domus, aut aquas
 intactas dimittant; quatenus quæ ex eis
 exorta fuerint, tuæ maiestati deserviant,
 & nostræ necessitati subveniant. Per Chri-
 stum Dominum nostrum. Amen.


OREMVS.

Omnipotens sempiterne Deus, bo-
 norum omnium auctor, & conser-
 vato


vator, in cuius nomine omne genuflectitur, coelestium, terrestrium, & infernorum: concede, quod de tua misericordia confisi agimus, per tuam gratiam efficacem, consequamur effectum: quatenus hos vermes civifes, formicas, erucas, papiliones, locustas, mures talpas, aut alia animalia noxia, segregando segreges, exterminando extermines, vt ab ista calamitate liberati, gratiarum actiones maiestati tuæ referamus. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

OREMVS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui precibus seruiti tui Moyſis flare vtrum ab Occidente vehementissimum fecisti, & arreptam locustam proiecit in mare rubrum, & non remansit vna in cunctis finibus Ægypti: quoniam tu es qui flagellas, & salvas; ita precibus populi, pretiosi Filij tui sanguine redemp-

ti, quæsumus, mures talpiones, locustas,
 erucas, & alia animalia nociua, quæ nos
 infestare, & segetes, & vineas, seu herbas
 destruere conantur, ad nihilum redigi,
 & in perditionem induci iubeas per virtu-
 tem sanctissimæ Cru  cis.

OREMVS.

O Ramus te Domine Deus noster, ut
 hos agros, aut vineas, vel herbas,
 seu alios fructus serenis oculis, hi-
 larique vultu respicere digneris, tuamq;
 super eos mitte bene  dictionem, ut non
 grandio surripiat, non turbo subvertat, non
 vis tempestatis detruncet, non æstus
 exurat, non animalia noxia corrodat,
 neque inundatio pluviæ exterminet: sed
 fructus incolumes, vberesque vsui nostro,
 ad plenam maturitatem perducas. Per
 Christum Dominum nostrum. Amen.

ORE.

OREMVS.

221

L Argire, & conseruare fructus terræ, dignare Domine Deus noster, daque nobis pluuiam terræ, & imbrem matutinum, & serotinum, cœlumque fluere facias, & reddas nobis annos fertiles, maledicendo, & anihilando locustas, mures, cimices, erucas, papilionnes, formicas, vel N. aut alia noxia animalia, quæ in cognitionem meam non veniunt, vt liberis tibi mentibus seruire, & gratias agere valeamus. Per Dominum nostrum. Amen.

Ultimo dicat elevata Cruce, contra noxia animalia.

Benedictio dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, descendat, & maneat super hos agros, seu domos, aut vineas, & eius fructus. Amen.

*Mox aspergat aqua benedicta per domos,
seu agros, & vineas, dicendo.*

C Hristus ✠ vincit, Christus ✠ reg-
nat, Christus ✠ imperat vobis a-
nimalibus, vt pro fugiatis de do-
mo ista, vel de termino isto. Amen.

BENEDICTIO TERMINI.

*Sacerdos indutus superpelliceo, & stola, ver-
sus ad Orientem, dicat Evangelium, vt
sequitur ex ordinario Vertusen.*

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Initium S. Evangelij secundum Ioannem.

Gloria tibi Domine.

IN principio erat Verbum, & Verbu
erat apud Deum, & Deus erat Ver-
bum. Hoc erat in principio apud
Deum. Omnia per ipsum facta sunt, &
sine

sine ipso factum est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat; & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium per hiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed vt testimonium per hiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. *Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis.

*Quo dicto Presbyter, tenens lignum sanctæ
Crucis, dicat.*

Ecce Crucem Domini, fugite partes
adversæ, vicit Leo de Tribu Iuda, radix
David, Alleluia.

Qua dicta, dicat Sacerdos.

ψ. Per signum Crucis, de inimicis nostris.

℞. Libera nos domine Deus noster.

ψ. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

ψ. Dominus Dobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

Domine sancte Pater, omnipotens
sempiternus Deus, bene ✠ dicere
dignare terminum istum, quem
nos indigni famuli tui, per invocationem
Filij tui Domini nostri Iesu Christi, bene
✠ dicere, præsumimus, & eum clemen-
tis-

tissimè tua bene~~di~~ctione sanctifica, & ad profectum, atque ad illuminationem sanctæ tuæ Ecclesiæ pervenire concede. Per eundem Christum dominum nostrū.

Postea Sacerdos, versa facie ad Occidentē, dicat sequens Evangelium.

Ÿ. Dominus vobiscum.

&. Et cum spiritu tuo.

S. quentia S. Evangelij secundum Marcū.

Gloria tibi Domine.

In illo tempore : Recumbentibus vndecim Discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia ijs, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum, prædicare Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia

P

cij.

eijcient, linguis loquentur novis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti, prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

*Quo dicto, Sacerdos tenens lignum S. Crucis,
dicat Antiphonam.*

Ecce Crucem Domini, vt supra.

Qua finita Sacerdos dicat.

ψ. Hoc signū Crucis erit in cœlo. Alleluia.

℞. Cum Dominus ad iudicandum venerit. Alleluia.

ψ. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

ψ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

ORE.

O R E M Y S.

Omnipotens sempiternæ Deus, ædificator, & custos, Hierusalem civitatis supernæ, ædifica, & custodi civitatem, & terminum nostrum, cum habitatoribus suis, vt perpetim sit in eis domicilium incolumitatis, & pacis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Finita hac oratione, versa facie ad Meridiam, dicat sequens Evangelium.

ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Sequentia S. Evangelij secundum Lucam.

Gloria tibi Domine.

In illo tempore: Missus est Gabriel Angelus à Deo in civitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, & nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum au-

P2

dis-

disseet, turbata est in sermone eius; & cogitabat qualis esset ista saluatio. Et ait Angelusei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries Filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & Filius altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus sedem David Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua; & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum: Dixit autem Maria: Ecce Ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum.

*Quo dicto, Sacerdos tenens lignum sancte
Crucis dicat Antiphonam.*

Ecce Crucem Domini &c.

Qua finita, dicat Sacerdos.

Ÿ. Nos autem gloriari oportet. Alleluia.

℞. In Cruce Domini nostri Iesu Christi.
Alleluia.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

Creator omnium Deus, qui semina
subtus terram posita multiplicare,
& fructificare facis, & in vsus nos-
tros misericorditer concedis, interceden-
te beata Dei genitrice Maria, supplicatio-
nibus nostris placatus intende, vt hæc se-
minum genera bene ✠ dicere, & sancti-
ficare tua pietate digneris. Per Chris-
tum Dominum nostrum. Amen.

*Finita oratione, versa facie ad Aquilonem,
dicat sequens Evangelium.*

ψ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo,

*Sequentia S. Evangelij secundū Matihæū
Gloriatibi Domine.*

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: Sicut fulgur exit ab Oriente & parat vsque in Occidentem: ita erit adventus Filij hominis. Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquilæ. Statim autem, post tribulationē dierum eorum Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commovebuntur. Et tunc apparebit signum Filij hominis in cœlo. Et tunc plangent omnes Tribus terræ. Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa, & maiestate. Et mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ven-

tis, á summis cœlorum, vsque ad termini-
 nos eorum. Ab arbore autem fici
 discite parabolam. Cum iam ramus eius
 tener fuerit, & folia nata, scitis quia pro-
 pe est æstas. Ita & vos, cum videritis hæc
 omnia, scitote quia prope est in ianuis.
 Amen dico vobis, quia non præteribit
 generatio hæc donec omnia fiant. Cœlū,
 & terra transibunt; verba autem mea
 non præteribunt.

*Quo dicto, Sacerdos tenens lignum sanctæ
 Crucis, dicat.*

Antiph. Ecce Crucem Domini, & c.

Quo finito, dicat Sacerdos.

ψ. Mihi autem absit gloriari. Alleluia.

℞. Nisi in Cruce domini nostri Iesu Chris-
 ti. Alleluia.

ψ. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

ψ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

A Domo tua, Domine, quæsumus,
 spirituales nequitia repellantur, &
 aëreorum discedat malignitas tem-
 pestatum, & fulgurum; & nos famulos
 tuos ab omni aduersitate custodi, & fru-
 ctus terræ dare, & conservare digneris.
 Per Christum Dominum nostrum Amen.

*Qua finita benedictione, statim dicatur cū
 Cruce per quatuor partes mundi.*

In primo angulo. | Et bene ✠ dictio Dei
 omnipotentis.

In secūdo angulo. | Pa ✠ tris,

In tertio angulo. | Et Fi ✠ lij,

In quarto angulo. | Et Spiritus ✠ sancti,
 descendat, & maneat.

super nos, & super hunc terminum nos-
 trum. Amen.

Deinde

Deinde accipiat aspersorium cum aqua benedicta, & aspergat super terminum dicentem

Christus vincit, ✠ Christus regnat, ✠
Christus imperat, ✠ Christus ab omni
malo nos, & fructus, & terminum istum
defendat. Amen.

CAP. X. DE EXORCISMO
contra quascumque tempestates ex-
perientia probatus in honorem B.
Mariæ semper Virginis: Ex Gomes.
Et de diversis benedictionibus,
ex Rituali Romano
Venetijs 1679.

Signum Crucis ✠ sit in fronte meo.
Verba Christi sint in ore meo. Arma
Christi sint in pectore meo. Per sig-
num Crucis ✠ de inimicis nostris, libera
nos Deus noster. Nos cum prole pia, be-
ne-

nedicat Virgo Maria. *ψ*. Adiutorium nos-
 trum, &c. *℞*. Qui fecit coelum, &c. *ψ*. Sic
 nomen domini benedictum. *℞*. Ex
 hoc nunc, & vsque in saeculum. *ψ*. Be-
 nedicamus Patrem, & Filium, cum san-
 cto Spiritu. *℞*. Laudemus, & superexal-
 temus eum in saecula. *ψ*. Conceptio tua
 Dei Genitrix Virgo. *℞*. Gaudium anun-
 tiavit vniverso mundo. *ψ*. Benedicat, &
 custodiat semper Omnipotens, & miseri-
 cors dominus terminum nostrum cum
 hominibus, animalibus, domibus, fructi-
 bus, & segetibus. Amen *ψ*. Domine exau-
 di orationem meam. *℞*. Et clamor meus
 ad te veniat. *ψ*. Dominus vobiscum. *℞*. Et
 cum spiritu tuo.

OREMVS.

D Eus refugium nostrum, & virtus,
 adesto pijs Ecclesiae tuae precibus
 auctor ipse pietatis, & praesta; vt
 quod fideliter petimus, efficaciter conse-
 quamur. Per Christum.

ORE-

OREMVS.

235

A Loco isto, quæsumus Domine spiri-
rituales nequitię, & noxia quæ-
quæ recedant, & aerearum potes-
tatem malignitatum, vt præsentibus sub-
sidijs, sufficienter adiuti, sempiterna fi-
ducialius appetamus. Per Christum.

OREMVS.

TE Domine Iesu bone petimus, &
rogamus vt hunc terminum, fru-
ctus olearum, leguminum, & her-
barum semina, oculis tuis serenis aspicias,
sicut enim testatus est Moyfi famulo tuo
in terra *Ægypti*, dicens: Dic Filijs *Isr-*
rael cum ingressi fuerint in terram pro-
missionis, quam eis Dominus Deus datu-
rus est; primitias frugum suarum offerant
Sacerdotibus, & erunt benedictæ; ita &
nos Domine oramus auxilium misericor-
diæ tuæ super hunc terminum, & eius

fructus. Quos suscipere speramus, vt non
 grando illos succidat non turbo tempesta-
 tis detrueret, nō aquarum inundatio ad-
 ducat, nec acris immutatio exterminet, sed
 tua sancta benedictione munita fructife-
 ra, & superabundantia propter anima-
 rum, & corporum humanorum vtilitatē
 & vsum, ad plenissimam maturitatem per-
 ducere digneris. Per Christum Dñm.

OREMVS.

F Amulis tuis, quæsumus Dōmīne,
 caelestis gratiæ munus impertire: vt
 quibus Beatæ Virginis partus extitit
 salutis exordium, Conceptionis eius vo-
 tiva commemoratio pacis tribuat incre-
 mentum. Per dominum nostrum.

CONTRA NVBES, ET tempestates.

Signet eas signo sanctæ Crucis, & dicat.

Dividat vos nubes Deus ✠ Pater: di-
 vidat vos nubes Deus ✠ Filius: di-
 vidat

vidat vos deus ☩ Spiritus sanctus.
 Christus regnat: ☩ Christus vincit: ☩
 Christus imperat: ☩ Christus ab omni
 malo nos, & fructus defendat. Deleat vos
 nubes deus Pater, deleat vos Deus Filius,
 deleat vos Deus Spiritus sanctus. Anihilet
 te nubes deus Pater, anihilet te deus Fi-
 lius, anihilet te Deus Spiritus sanctus. Nō
 sic impij, non sic, sed tamquam pulvis,
 quem proijcit ventus à facie terræ. In no-
 mine Iesu omne genuflectatur, cœlestiū,
 terrestrium, & infernorum. Iudicet vos
 nubes deus Pater, iudicet Deus Filius,
 iudicet deus Spiritus sanctus.

CONIVRATIO.

Coniuro vos ☩ nubes, & spiritus
 maligni qui in aere habitatis, vt nō
 habeatis potestatem lapides iactan-
 di, nec fulgura, nec tonitrua, nec quid-
 quam malum, & nocivum huic termino, &
 omnibus in eo habitantibus inferre, per glo-
 riosam

riofam Conceptionem, & Nativitatem
 Beautissimæ Virginis Mariæ, in cuius Na-
 tivitate omnium beatorum Angelorum
 copiosa multitudo de cœlo descendit, quæ
 omnis generis musicorum, sonitum dul-
 cissimum reddebant, suavissimæque hæc
 carmina melifluis, & ineffabilibus, con-
 sentibus decantabant; gaudium sit uni-
 verso mundo, quia nata est Regina nos-
 tra, cuius fructus reparanda est generis
 humani ruina, hostiumque superbiorum
 capita sunt conterenda; & ut puellam,
 tam pulchram, tamque speciosam cerne-
 re possent undique gentes concurrebant,
 ac adeo ex huius sacratissima miri odoris
 fragrantia emanabat, eiusque facies for-
 mosissima, tam lucidi splendoris radios
 emittebat, ut omnes in stuporem conver-
 teret, nullusque vultus illius elegantiam
 fixis oculis valeret intueri.

Per ipsam vos coniuro ✠ in cuius Na-
 tivitate gavissa est Sancta Trinitas, Pater,
 de nobilissimæ, ac iucundissimæ filie suæ
 ortu, filius de Nativitate dilectissimæ Ma-
 tris;

eris; Spiritus Sanctus de dignissimo suæ
 sponsæ habitaculo: gavissi sunt Sancti
 Patres in Limbo, & tota generatio hu-
 mana, quia hæc nativitas victoriam de
 te superbo futuram, & salutem mundo
 nunciabat, hæc enim Virgo benedicta,
 non solum liber generationis Iesu
 Christi est, sed etiam omnium Salvando-
 rum.

Coniuro vos ☩ nubes, & spiritus ma-
 lini, per nobilitatem Virginis Mariæ, quæ
 ex multis Regibus, Patriarchis, Ducibus,
 Prophetis, & Principibus nata, & ex
 multis doctoribus, summis Pontificibus,
 viris strenuis, & fortibus, orta est; ab eo
 quod totam nobilitatem humanam, quã
 habuit Christus, ab ipsa Matre Maria sua
 benedicta, suscepit.

Exorcizo vos ☩ aereas potestates, per
 eius sanctum nomen, quod est Maria; &
 sicut ex quinque litteris componitur, sic
 ex proprietatibus, quinque lapidum præ-
 tiosiorum ornatur; per M. dicitur Mar-
 garita, quæ ab humoribus superfluis mem-
 bra

bra abstergit, fluxum sanguinis, & ventris restringit: & cor debile confortat, & fortificat; sic Beatissima Virgo Maria est Margarita, quæ abstergit per gratiam peccata nostra præterita, restringit animum, ne fluant ad futura, confortat, & fortificat cor contra mala præsentia.

Adiuro vos ☩ spiritus immundi qui in hoc caliginoso aere habitatis, per literã A. qua dicitur, Adamas, quæ est gemma reconciliationis, & amoris, sic Beatissima Virgo Maria, reconciliavit deo genus humanum: & amorem, & amicitiam inter eos induxit.

Item præcipio vobis nefandissimi, & abominabiles spiritus, per literã R. id est generans Rubinum, qui nascitur in visceribus Saphiri, habentis splendorem, & colorem cœlestem; sic Beatissima Virgo Maria, in suis visceribus operatione Spiritus sancti generavit Rubinum, Christum Dominum nostrum.

Item constringo vos ☩ nubes, & spiritus

ritus

ritus nequissimi per litteram I. quæ dicitur Iaspis, reddentem hominem, qui illū gestat securum, & sine timore: sic beatissima Virgo Maria omnes habentes ipsius Virginis adiutorium securos facit ab omnibus malis, & periculis.

Adiuro vos ☩ nubes, & spiritus maligni rebelles deo, per ultimam litteram A. qua Maria dicitur Alectorius, quia ad bonam fortunam habendam, & consequendos honores prodest: sic si beatissimam Virginem Mariam diligenter inspexerimus, nihil est virtutis, nihil, splendoris, nihil gratiæ, & gloriæ, quæ ex ipsa in nobis non resplendeat.

Item adiuro vos ☩ spiritus nefandissimi, & dæmones aerei, terrestres, ignei, & aquei in quocumque loco habitantes, per Mariæ Virginis intellectum, donū sapientiæ, & intelligentiæ, taliter dotatū ita vt fuerit super omnes doctissima, per eius volūtatē repletam thesauro charitatis, & ardore divini amoris: per eius memoriam respicientem totum mentis affectu

fectu

Q

fectu divina mandata, beneficia, cætera
quæ salubria.

Coniuro vos ☩ nubes, & spiritus ma-
ligni, per potentiam concupiscibilem ip-
sius beatæ sponiæ repletam desiderio per-
petuo æternorum gaudiorum patriæ cœ-
lestis, per irascibilem sicut Maria ordi-
natam, ut nunquam in adversis contur-
bata sit: imò mirabili patientia, & man-
suetudine omnia tolerabit.

Exorcizo vos ☩ aereas potestates, per
honestatem eius, nam post Christum fuit
Maria exemplum, & speculum honestatis,
iuxta illud, fructus mei, fructus honoris,
& honestatis.

Adiuro ☩ vos spiritus immundi qui in
hoc caliginoso aere habitatis, per præ-
sentationem Virginis Mariæ in Templo,
quæ à multis Angelis associata; & ante
fores Templi tertio suæ etatis anno præ-
sentata, quindecim gradus Templi ita
velociter, & ilariter ascendit, ut se ser-
vitijs Dei manciparet; quod Ioachim, &
Anna obstupuerunt, & Pontifices mirati
sunt:

sunt : magnam quoque festivitatem fecit
 deus in deductione sponsæ suæ ad Tem-
 plum: videte eam iam calcantem terres-
 tria, & cælestia apparentem.

Item præcipio ✠ vobis nefandissimi, &
 abominabiles spiritus, per desponsationem
 Mariæ Virginis Ioseph, quæ quidem des-
 ponsatio fuit facta, vt per generationem
 Ioseph origo monstraretur Mariæ, & de
 sua castitate testis haberetur, & ne lapi-
 daretur à Iudæis, & tandem vt partus
 Mariæ celaretur tibi Diabolo, quia non de
 Virgine, sed de vxore generatum putabas.

Item constringo vos ✠ nubes, & spiri-
 tus nequissimi, per Annuntiationem Ma-
 riæ, & per mysteriorum Dialogum inter
 eam, & Gabrielem factum. Nam dixit ille
 Paranimphus: Ave gratia plena, Domi-
 nus tecum; ò quam Diabolo valde odio-
 sa est hæc salutatio, nam quoties dicitur:
 Ave Maria gratia plena, toties audit, ma-
 ledictus ille, tonitruum quo territur, con-
 funditur, & percutitur: & turbata Vir-
 go obnovitatem salutationis, subiunxit

Q₂

Dei

Dei legatus; ne timeas Maria invenisti
 gratiam apud Deum: ecce concipies in
 utero, & paries Filium, & vocabis no-
 men eius Iesum, hic erit magnus; & Fi-
 lius Altissimi vocabitur, & dabit illi Domi-
 nus sedem dabit Patris eius, & regnavit
 in domo Iacob in æternum, & regni eius
 non erit finis: cui Beatissima Virgo Ma-
 ria quomodo fiet istud, quoniam virum
 non cognosco? At Angelus Gabriel mo-
 dum exponens subiunxit. Spiritus sanctus
 superveniet in te, & virtus Altissimi obū-
 bravit tibi, ideoque, & quod nascetur
 ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei, tunc
 Beatissima Virgo Maria, cum profundis-
 sima humilitate genibus flexis, manibus,
 mente pariter, & corpore elevatis, præ-
 buit assensum, dicens: Ecce Ancilla Do-
 mini fiat mihi secundum verbum tuum,
 itaque a sæculo non est tale arcanum divi-
 nitatis auditum, quia in instanti proce-
 dens Filius á Patre, tamquam sponsus de
 thalamo suo: nuptialem thronum ingre-
 ditur, & sic divinitati sponsatur homo. &
 præ-

præmium accipit caro, quia Verbum caro factum est: in cuius sponsalibus gaudijs gratiosum decretum cōdonavit deus, quia quidquid eum offenderat mundus; relaxavit.

Adiuro vos **✠** nubes, & spiritus maligni rebelles Deo, per Mariam, quæ speciosior, & dignior, facta fuerat, quam totus mundus; quia Iesum Christum; quem totus mundus, capere non poterat, in angusto cubiculo, uteri sui sola suscipit.

Item adiuro vos **✠** spiritus nefandissimi, & dæmmones aerei, terrestres, ignei, & aquei in quocumque loco habitantes, per magnam clementiam Deitatis, quam constituit ipse deus Beatæ Virgini Mariæ, quæ sine virile femine; sed Spiritus sancti operatione manet; & Virgo concepit intacta; virum non cognovit, & Mater est, & post Filium editum Virgo permansit, duobus enim gavisa est muneribus: miratur quod peperit; lætatur quod edidit. Redemptorem Iesum Christum Do-
mi-

Q3

mi-

minum nostrum, & Virgo inviolata permansit.

Coniuro vos ☩ nubes, & spiritus maligni, per Beatissimam Virginē Mariā; quæ dedit principiū divinæ humanitati, vniuersali infinitati dedit quantitatē corporeā: æternæ pulchritudini, novam pulchritudinem, dedit Mariæ gloriam cœlis, Deum terræ, pacem hominibus; ordinem vitæ: & disciplinam moribus; posuit Mariæ frenum inferno, & dæmoniis, & vitijs; Mariæ stella est, quæ concepit Solem, creatura est, quæ concepit Creatorem, Ancilla est, quæ facta est Dei Filia, Sponsa, & Mater. Imò, & Domina: benedictiones omnes; quas habuerunt Dominae veteris testamenti sparsim, & sigillatim hæc Beatissima Virgo Maria, vna simul complexa est omnes dignitates, & misteria Angelorum, omnes excellentias Prophetarum, & Patriarcharum, omnes perfectiones creaturarum. ipsa sola excellentiori modo in se vna comprehendit; quid ergo nobilius? quid splendidius? quid

cas.

castius? quid excellentius Dei Mater? ab eius narratione balbutiunt omnes lingue, & excutiuntur omnes intelligentiæ; nam fecit eimagna dominus, qui potens est.

Exorcizo ✠ vos dracones insidiantes per Visitationem Beatæ Virginis Mariæ, quæ abiit in montana communita Sanctissima Trinitate, sociata Angelorum, & Sanctorum omnium, in montana profundissimè humilitatis, & visitavit Elisabeth, quæ ut audivit salutationem Mariæ, exultavit infans in utero eius, & repleta Spiritu sancto, exclamavit benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.

Coniuro vos ✠ belluæ contagiosæ per parturitionem Virginis Mariæ, in qua sacratissima nocte, & hora facta est de cælo maxima lux, quæ totum mundum illuminavit, & cum ea descendit maxima multitudo Angelorum, ex omnibus Hierarchijs dulcissimè, ac suavissimè canentium, aperiatur terra, & germinet Salvatorem: at ipsa Virgo Beatissima tota ab-

Q4

forp.

sorpta in abyſſo divina contēplationis, &
 conſolationis elevatis devotiſſime mani-
 bus, & oculis in cælum, & genibus fle-
 xis peperit dulciſſimum Filium ſuum, qui
 ab ea, tamquam radius de luce proceſſit,
 & quem ipſa Virgo, & Mater, & Joſeph,
 & Angeli adoraverunt cantantes; ſpecio-
 ſus forma, præ filiis hominum, diſfuſa eſt
 gratia in labijs tuis proterea benedixit te
 Deus in æternum.

Coniuro vos **✠** floſcipendi deiecti de
 charitate Chriſti per Beatiffimam Virgi-
 nem Mariam, quæ fuit Mater Immacula-
 ta, Mater incorrupta, Mater intacta,
 Mater Dei Unigeniti, Domini Regis om-
 nium, Salvatoris, & Redemptoris om-
 nium, quam Dei conceptus non turbat,
 partus non confundit auditus, quia Virgi-
 nitas quidquid eſt humani pudoris excu-
 ſat; ubi eſt interpres Angelus, fides pro-
 nuba, diſpenſatio, caſtitas, donatio, vir-
 tus, iudex, conſcientia, cauſa, Deus, con-
 ceptio, integritas, Virginitas, partus, &
 Virgo, & Mater.

Con-

Coniuro vos **I** rustici tartarei vlceribus pleni, per Purificationem Beatissimæ Virginis Mariæ, quæ licet non indigeret purificatione, quia habitaculum erat Spiritus sancti, hoc tamen fecit ratione humilitatis; vt Templum sanctificaret, vt legem probaret, & seruaret; vt prophetiæ implerentur, & figuræ cessarent, & tandem vt misterium tibi diabolo celaretur.

Coniuro vos **I** lindinosi per acerbilitatem dolorum Mariæ, quam in Passione Unigeniti Filij habuit, nam singultus toto pectore mæsta trahebat, amaræ lachrymæ, instar luminis ab oculis emanabant, cœlū, terra, & aër suspitijs resonabant miseræ Matris, infinitis doloribus, & martirijs tota fuit repleta benedicta illa in triduana perditione filij.

Coniuro **I** te pediculosè, per admirabilem Ascensionem Virginis Mariæ, quæ assumpta est in cœlum; cum processione, solemniori, quæ vmquam facta fuit in paradiso, cum honorabili, societate dulsi-

Qs

mi

50
mi filij, totiusque Curiaë Cœlestis, eum
ineffabili iucunditate in simbalis, & psal-
terijs, in citharis, & tubis, in organis, &
diversis generibus musicorum, & so-
nitum, & ad dexteram Unigeniti Filij sui,
in Throno gloriaë supernæ Hierusalem, est
collocata.

Coniuro vos ✠ spurcissimi sufurro-
nes, per ipsam Assumptionem, quæ fuit
vobis dæmonibus terribilis, quia ab isto
caliginoso acëre, in quo habitabatis pœ-
nitus affugistis à tam terribili societate
præterriti, vulnerati, à tam ineffabili iu-
cunditate; excæcati, à tam mirabili cla-
ritate: tremefacti, à tam terribili potes-
tate; nam facta sunt tonitrua, & voces, &
fletus, & lamentationes dæmonum in ip-
sa gloriosa Assumptione Virginis Mariæ,
quia tamquam tonitruum, & fulmen per-
cussit Maria sectam Dæmonum maledictã.

Coniuro vos ✠ venatores animarum
per Beatissimam Virginem Mariam, quã
Christus multiplici honoris prærogativa
Virginalem munditiã à deo magnificè
subli-

sublimavit; vt in assumptione humanae naturae, Matrem Virginem eligeret, de qua immaculata, immaculatus prodiret, omnium maculas purgaturus, quae sancta dei genitrix, Virginitatis primiferina, summe refulgens a dextris filij, super omnes Angelosexaltata; dux, & magistra virtutum: Ovis agnum; sponsa sponsum; Mater filium praevia comitatur, non solum naturae Angelicae imitatrix, sed Angelicis Choris praetata, cum Rege Regum. quem de sinu Patris exausit foeliciter gloriatur.

Coniuro **✠** vos invidiosi sine gratia Dei per Coronationem Virginis Mariae: fuit enim amicta; & coronata triplici Sole, amoris scilicet, splendoris, & fulgoris, & duodecim stellis, nam Seraphim mirantur, & laudant in Maria charitatem, tam accensam, & Cherubim sapientiam tam profundam, throni potestatem, & quietem in ea, sic tranquillitatem, & dominationem tantam Mariae super Angelos, preheminentia excellit: & virtutes de efficacia miraculorum Virginis, & potesta-

Q6

tes

tes de tanta super Dæmones potentia mi-
rantur : principatus laudant providen-
tiam Mariæ de omnibus Regnis, & Ar-
changelii eius diligentiam de omnibus lo-
cis, Angeli tantam Mariæ de omnibus, &
singulis hominibus custodiam, & Marty-
res in tribulatione eius constantiam mag-
nificant; Confessores de tanta Virginis
sobrietate, & temperantia, Virgines ve-
ro, de tanta ipsius puritate, & munditia
mirantur, imò omnes Angeli, & Beati
ipsi Mariæ Virgini famulantur, tamquã
suæ Imperatrici; Angelicis est enim sti-
pata Choris; Archangelorum velata tur-
mis, thronorum hinc inde possessa iubila-
tionibus, dominationum circūcincta tri-
pudis, principatū circumspecta obsequijs.
Potestatem amplexata plausibus, virtu-
tum girata honoribus; Cherubim circun-
tātiata ignib⁹; Seraphim vndique circum-
fusa ineffabilibus canticis; Apostolorum
splendidissimus ordo ineffabilis laude il-
lam extollit; Martyrum exercitus suppli-
cat Dominæ suæ; Confessorum multitu-
do

do innumerabilis, incessabile ei personat
canticum, & Virginum candidissima
concio, incessabili voce Mariæ gloriam
celebrat.

Coniuro vos **✠** pleni ulceribus, per
ipsam coronationem Mariæ, quæ fuit co-
ronata, duodecim privilegijs, scilicet, cæ-
corum illuminatione; lapforum elevatio-
ne, surdorum purgatione, afflictorum cõ-
solatione; desolatorum adiuuatione; in
adversis roboratione, induratorum moli-
ficatione, viæ salutis demonstratione, in
hora mortis subventione, Dæmonum fu-
gatione, contra ignem purgatorij refrige-
ratione; sua præsentia omnium beatorum
tandem lætificatione, & delectatione.

Coniuro vos **✠** ó adulatores per tripli-
cem coronam Virginis Mariæ, sicuti Im-
peratores: triplici corona, ferrea, argen-
tea, & aurea, coronantur; sic Imperatrix
Maria coronata fuit; corona ferrea in sig-
num fortitudinis, quia caput antiqui ser-
pentis, contrivit; corona argentea in sig-
num puritatis, quia nihil candoris, nihil

Q7

splen-

splendoris, nihil luminis, quod non resplendeat in Virgine Maria, corona aurea in signum superioritatis, & sufficientiæ; quia tanta est Mariæ perfectio, quod verè digna fuit & est Domina Monarchiæ totius mundi.

Coniuro ☩ vos ò belluæ contagiolæ, per Mariam cœlo siderio cōparatā, propter ornamentum, motum, & effectum; sicut cœlum est ornatum varietate stellarū; Maria diversitate virtutum; cœlum hoc movetur, & secum omnes inferiores cœlos quotidie circumducit. Ita Maria, omnes Sanctos ad intercedendum pro nobis secum adducit, mediante cœlo siderio; & suis luminaribus terra fecundatur in fructibus, & multiplicatur auro, argento, & lapidibus prætiosis. Sic Maria totam Ecclesiam illustrat suis exemplis, & fecundat Spiritus sancti donis, & gratijs prætiosissimis.

Coniuro ☩ vos ò scabiosi per Mariam cœlo crystallino assimilatam, in quo sunt aquæ, quæ super cœlos sunt in modum

cryf

crystali solidatæ; sic cogitationes, & affectiones humanæ in Maria fuerunt solidæ in bono confirmatæ.

Coniuro ✠ vos ó cerdones infernales per Mariam, quæ dicitur cœlum empireũ, propter ineffabilem claritatem, quia tota lucet, & splendoribus plena est, & sicut nullus locus est maioris capacitatis cœlo empireo, sic Maria fuit tantæ humilitatis, & charitatis capax, vt habitatio Dei facta sit, & Deum in vtero suo portavit, & super omnes creaturas materiales, rationales, & intellectuales collocata sit.

Coniuro ✠ vos, ó stercorati infernales per dolores Mariæ, qui in passione dilectissimi Filij sui Iesu Christi, eius per transierunt animam, & fugientibus Apostolis ante crucem stabat, ipsa pijsque expectabat oculis filij vulnera.

Coniuro vos ✠ tandem, ó Patres mendacij, vt recedatis ab hoc termino nostro per Mariã fontẽ supernæ gratiæ, & armorũ omnium divitiarũ sapientiæ, & sciëntiæ Dei.

Q8

Coniu-

236
Coniuro ✠ vos, o tripudiatoreſ in-
fernales, per Mariam principium noſtri
amoris, & recuperatricem perditæ orbis.

Præcipitoque ✠ vos imbaratrum, per
Mariam ſagittam contra vos cerdoneſ an-
tiquos, & ab æterna morte fidelium vivi-
ficatricem.

Quo uſque tandem exhibitis? Quid
moramini? Quid temerarie cogitatis? Fu-
gite rebelles æternæ Maieltati: date lo-
cum Deo noſtro, maledicti; & exite cito
ab hoc termino noſtro, ad loca vobis à
Deo parata, loca arida, ſterilia, & in-
habitabilia ubi non haratur, nec ſemina-
tur, nec nomen Dei invocatur. Ipsi vero
obedite, & Beatiffimæ Virgini Mariæ,
quæ te ſerpentem iniquum caput calcavit;
mihique miniſtro eius, licet indigno,
auxiliatura eſt. Per Chriſtum Dominum.

*Aſpergat aqua benediſta, & ſucceſſive
dicat.*

Comprimat te nubes Deus ✠ Pater: com-
pri-

primat te Deus ✠ Filius : comprimat te
Deus ✠ Spiritus sanctus. Amen.

Et elevata Cruce dicat.

Ecce Crucem Domini, fugite paries ad-
versa, vicit Leo de Tribu Iuda, radix Da-
vid. Alleluia.

Et si non cessaverit tempestas, dicat.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie elei-
son. Pater noster.

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos à malo.

Ÿ. Veniat super nos misericordia tua
Domine.

R. Salutare tuum secundum eloquium
tuum.

Ÿ. Esto nobis Domine turris fortitudinis.
R. A facie inimici.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

R

ORE-

OREMVS.

O Pie. & misericors Deus, clementiã
 tuam supplices deposcimus, vt per
 interventum Beatæ, & gloriosæ,
 semperque Virginis Mariæ Matris tuæ, &
 Patronæ nostræ, & omnium Sanctorum
 Angelorum, Archangelorum, Patriar-
 charum, Prophetarum, Apostolorum,
 Martyrum, Confessorum, Virginum, Mo-
 nachorum, & omnium civium superno-
 rum miserearis nobis, & à fulgure, & vi-
 procellarum, omnique aërea tempestate,
 terminos nostros defendas, & adversariũ
 nostrum diabolum qui tamquam leo in il-
 lis nubibus rugiens, messes, & fructus
 terræ devorare, & depopulari conatur,
 compescas. In te est refugium, & spes nos-
 tra, Domine Iesu Christe Fili dei vivi, Sal-
 vator mundi, te deprecamur, vt non tri-
 buas nobis supplicium nostris peccatis
 debitum, neque respicias iniquitates, &
 peccata nostra, sed tuam immensam cle-
 mentiam, & Satanam inimicum nostrum

attro.

atrocem, qui numquam cessat livoris
 sui, & invidiæ rabiem contra nos effunde-
 re, & stragem, & cladem nostram iuhiare,
 coërceas, & hostem crudelissimum, qui
 nos perpetuo cruenta rabie insectatur, &
 in nostram perniciem properat, reprimas.
 Frange quæsumus Domine illius furorē,
 & audaciam, cohibe illius insidias, con-
 tere illius virtutem, & potentiam, refrē-
 na illius imperium, & nocendi nobis ra-
 biam, & fac Domine vt commovere se
 non audeat contra nos, quinquamprimū
 emerfus, per te comprimatur. Qui vi-
 vis, & regnas deus in sæcula sæculorum.
 Amen.

ORDO AD FACIENDAM
Aquam benedictam. Ex Rituali
Romano Venetijs 1679.

Diebus Dominicis, & quandocumque
 opus fuerit, preparato sale, & aqua
 munda benedicenda in Ecclesia, vel

R2

in Sacristia, Sacerdos cum superpelliceo, & stola violacea indutus primò dicit. ψ. Adiutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit cœlum, & terram.

Deinde absoluté incipit exorcismum salis.

Exorcizo te, creaturâ salis, per Deum
 ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum
 ✠ sanctum, per Deum, qui te per Eli-
 sæum prophetam in aquam mitti iussit, ut
 efficiaris sal exorcizatum in salutem cre-
 dentium: & sis omnibus sumentibus te
 sanitas animæ, & corporis, & fugiat,
 atq; discedat á loco, in quo aspersum fue-
 ris, omnis phantasia, & nequitia, vel
 versutia diabolicæ fraudis, omnisque spi-
 ritus immundus adiuratus per eum, qui
 venturus est iudicare vivos, & mortuos,
 & sæculum per ignem. R. Amen.

OREMVS.

Immensam clementiam tuam, omni-
 potens æterne Deus, humiliter im-
 plora-

ploramus, vt hanc creaturam falis, quam
in vsum generis humani tribuisti. benedi-
cere. ✠ & sanctificare, ✠ tua pietate dig-
neris, vt sit omnibus sumentibus salus
mentis, & corporis, & quidquid ex eo
ractum, vel respersum fuerit, careat
omni immunditia, omnique impugnatione
spiritualis nequitiae. Per Christum do-
minum nostrum. R. Amen.

*EXORCISMVS AQVÆ, ET
dicatur sine Oremus.*

EXorcizo te, creatura aquæ, in no-
mine Dei ✠ Patris omnipotentis, &
in nomine Iesu ✠ Christi filij eius
Domini nostri, & in virtute Spiritus ✠
sancti, vt fias aqua exorcizata ad effugan-
dam omnem potestatem inimici, & ipsum
inimicum eradicare: & explantate valeas
cum Angelis suis apostaticis; per virtutē
eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui
venturus est iudicare vivos, & mortuos,
& sæculum per ignem. R. Amen.

R3

ORE-

OREMVS.

DEus, qui ad salutem humani generis maxima quæque Sacramenta in aquarum substantia condidisti; adesto propitius invocationibus nostris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ benedictionis **✠** infunde, vt creatura tua mysterijs tuis seruiens ad abigendos dæmones, morbosque pellenos divinæ gratiæ summæ effectum, vt quidquid in domibus, vel in locis fidelium hæc vada resperferit, careat omni immundicia, liberetur à noxia; non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens; discedant omnes insidiæ latentis inimici; & si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti, aspersione huius aquæ effugiat, vt salubritas per invocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum.

Hic

65

Hic mittat sal in aquam in modum Crucis,
dicendo semel. Commixtio salis, & aquæ
pariter fiat. In nomine Patris, ✠ & Filij,
✠ & Spiritus ✠ sancti R. Amen. ꝑ. Do-
minus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

DEus, invictæ virtutis auctor, & in-
superabilis imperij Rex, ac sem-
per magnificus triumphator; qui
adversæ dominationis vires reprimis; qui
inimici rugientis sævitiam superas; qui
hostiles nequicias potenter expugnas, te,
Domine, tementes, & supplices depre-
camur, ac petimus, vt hanc creaturam
salis, & aquæ dignanter aspicias, benignus
illustres, pietatis tuæ rore sanctifices,
vt vbicunque fuerit aspersa, per invoca-
tionem sancti tui nominis, omnis infes-
tatio immundi spiritus abigatur; terrores
venenosi serpentis procul pellatur; & præ-
sentia sancti Spiritus nobis misericordiam
R4 tuam

64
tam poscentibus vbique adesse dignetur. Per Dominum nostrum, &c. In vni-
tate eiusdem.

*Post benedictionem aquae Sacerdos Do-
minicis diebus antequam incipiat Missam,
aspergit Altare, deinde se, & ministros,
ac populum, prout in Missali prescribitur.*

**BENEDICTIO IMAGI-
num Iesu Christi Domini nostri B.
Virginis Mariae, & aliorum
Sanctorum. Ex Rituali.**

☩. Adiutorium nostrum in nomine Do-
mini. ☩. Qui fecit caelum, & terram.
☩. Dominus vobiscum. ☩. Et cum, &c.

OREMVS.

Omnipotens sempiternae Deus, qui
Sanctorum tuorum imagines, N.
sive effigies sculpi, aut pingi non
reprobas, vt quoties illas oculis corporis
int

intuemur, toties eorum actus, & sancti-
 tatem ad imitandum memoria oculis me-
 ditemur; hanc, quæsumus, imaginem,
seu sculpturam in honorem, & memo-
 riam vnigeniti Filij tui Domini nostri Ie-
 su Christi, *vel* Beatissimæ Virginis Mariæ
 Matris Domini nostri Iesu Christi, *vel*
 Beati N. Apostoli tui, *vel* Martyris, *vel*
 Confessoris, *aut* Pontificis, *aut* Vir-
 ginis adaptatam benedicere, ☩ & san-
 ctificare ☩ digneris, & præsta, vt qui-
 cumque coram illa vnigenitum Filium
 tuum, *vel* Beatissimam Virginem, *vel*
 gloriosum Apostolum, *sive* Martyrem,
sive Confessorem, *aut* Virginem suppli-
 citer colere, & honorare studuerit, illius
 meritis, & obtentu à te gratiam in præ-
 senti, & æternam gloriam obtineat in
 futurum. Per eundem Christum Dominum
 nostrum. R. Amen.

Ultimo aspergat aqua benedicta.

R

BENE-

6
BENEDICTIO ROSARVM.
in Fest. B. M. V. de Rosario.

Ex Rituali.

Ÿ. Adiutorium nostrum in nomine dñi.

R. Qui fecit cœlum, & terram.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

DEus creator, & conservator generis humani, dator gratiæ spiritualis, & largitor æternę salutis, benedictione tua sancta benedic ✠ has rosas, quas pro gratijs tibi exolvendis cum devotione, ac veneratione Beatę, semperque Virginis Marię, hodie tibi præsentamus, & petimus benedici, & infundi in eis per virtutem sanctę Crucis ✠ benedictionem cœlestem: vt qui eas ad odoris suavitatem, & repellendas infirmitates humano vsui tribuisti, talem signa-

na-

26
inaculo sanctæ Crucis ✠ benedictionem
accipiant; ut, quibuscumque infirmitati-
bus appositæ fuerint, seu qui eas in do-
mibus suis, vel locis cum deuotione ha-
buerint, aut portauerint, infirmitates
sanentur, discedant diaboli, contremis-
cant, & fugiant pavidum cum suis ministris
de habitationibus illis: nec amplius tibi
seruientes inquietare præsumant. Per
Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Aspergat aqua benedicta.

B E N E D I C T I O A Q V A E
cum Reliquis sancti Petri Marty-
ris Ordinis Predicatorum, 29.

Aprilis. Ex Rituali.

- ✠. Adiutorium nostrum, &c.
- ✠. Domine exaudi, &c.
- ✠. Dominus vobiscum.
- ✠. Et cum spiritu tuo.

R6

ORE-

OREMVS.

DEus, qui ad salutem humani generis, maxima quæque sacramenta in aquarum substantia condidisti; adesto propitius invocationibus nostris, & elemento huic aquæ, beati Petri martyris tui virtuti consignamus, virtutem tuæ bene ✕ dictionis infunde; vt per interventum eiusdem martyris tui sit fidelibus tuis in remedium salutare; dæmones ab eis eijciens, morbos, ac infirmitates corporis, & animæ repellens: & præsta, vt quicumque eam sumplerint, vel ea aspersi fuerint, ab omni adversitate animæ, & corporis liberentur: & veritatisque hominis recipiant sanitatem. Per Christum Dominum nostrum. *ꝛ*. Amen.

OREMVS.

Immensam clementiam tuam, omnipotens, æterne Deus, humiliter implora-


ploramus; ut hos fideles tuos, ad reliquias
 beati Petri martyris devotè accedentes, &
 eius suffragia postulantes, tua ineffabili
 virtute bene **✠** dicere digneris: ut per in-
 terventum eiusdem martyris tui, ab om-
 ni ægitudine mentis, & corporis libera-
 ti; tuaquæ hic, & ubique misericordia
 custoditi, & gratia saluti, post huius quo-
 que viæ, ac vitæ cursum ad æterna me-
 reantur gaudia pervenire. Per Christum
 Dominum nostrum. R. Amen.

*Benedictio Olivarum in festo
 eiusdem.*

✠. Adiutorium nostrum, &c. ✠. Domine
 exaudi, &c. ✠. Dominus vobiscum, &c.

OREMUS.

Domine Iesu Christe, fili dei vivi,
 bene **✠** dic olivas istas supplicatio-
 nibus nostris: & infunde eis, Do-
 mine.

mine, per virtutem sanctæ  Crucis, & per
intercessionem beati Petri martyris, be-
nedictionem cœlestem: quam per eas ad
repellendas tenebras humano generi tri-
buidisti; talemque benedictionem signacu-
lo sanctæ Crucis accipiant, vt in quibus-
cumque locis positæ fuerint, discedant
principes tenebrarum, & contremiscant,
& fugiant pavidi cum omnibus ministris
suis, de habitationibus illis; nec præsu-
mant ampliùs inquietare, ac molestare ser-
vientes tibi omnipotenti Deo. Qui vivis,
& regnas cum Deo Patre, in vnitate Spi-
ritus sancti deus, per omnia sæcula sæcu-
lorum. *R.* Amen.

*RITVS ABSOLVENDI, ET
benedicendi populos, & agros,
Ex Apostolicæ Sedis indulto.
Ex Rituali.*

A ccepto diplomate Pontificio consti-
tuatur dies Dominica Delegato, &
populo

populo commodior pro eiusdem diplomatis publicatione, executionis inchoatione.

Die constituta, mane fiat concio, qua doceatur populus de contentis in diplomate pontificio, & de preparatione ad futuram absolutionem, & benedictionem: Deinde Missa celebretur à Delegato, pro remissione peccatorum sine Gloria in excelsis, cum unica Oratione, & Credo, in paramentis violaceis: qua finita, deposita casulla, & manipulo, induatur celebrans pluviali violaceo, & si sit Episcopus, Mitram simplicem assumat, & omnibus genuflexis ante Altare, cantentur Litanie Sanctorum, omissis precibus, & Orationibus post eas dici solitis.

Sedeat Delegatus finitis Litanijis cooperato capite, in Sede sibi parata super scabello Altaris, vel in Sede Episcopali, si est Episcopus, seu super faldistorio posito super dicto scabello, cum duobus Ministris paratis more Diaconali, & Subdiaconali sine manipulis adstantibus hinc inde à lateribus omnibus de Clero, & alta voce ab ali-

R8

quo

quo legatur diploma audiente populo, quo lecto, dicat Delegatus. Deo gratias.

Tunc nomine populi ille, qui ibi pro Diacono assistit, profundè inclinatus, à sinistris Delegati facit Confessionem in cantu,

Confiteor Deo omnipotenti, Beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioanni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro, & Paulo, omnibus Sanctis, & tibi Pater, quia peccavi nimis, cogitatione, verbo, & opere: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa: Ideò precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaellem Archangelum, beatum Ioannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum, & Paulum, omnes Sanctos, & te Pater, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

Qua finita, si est Episcopus, assumpto baculo pastorali in sinistra manu, & adhuc sedens cooperto capite, incipit.

Psalmus 50.

Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

Ec

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas, cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta, & occulta sapientiae tuae manifestati mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor: lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium, & letitiam: & exultabunt omnia humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me deus: & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me à facie tua: & spiritum

S

tum

77
In sanctum tuum ne auferas à me.
Redde mihi lætitiã salutaris tui : &
spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas : & impij ad
te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus
salutis meæ : & exultavit lingua mea ius-
titiam tuam.

Domine, labia mea aperies : & os meum
annunciabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, de-
dissem vtique : holocaustis non delecta-
veris.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus :
cor contritum, & humiliatum deus non
despicias.

Benigne fac Domine in bona volunta-
te tua Sion : vt ædificentur muri Ierusa-
lem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ,
oblaciones, & holocausta : tunc impo-
nent super altare tuum vitulos. Gloria
Patri, & Filio, &c.

E!

2
Et prosequitur alium Psalmum 66.

Deus, misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi, Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, & exultent gentes: quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi, Deus; confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster: benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ. Gloria Patri, &c.

Super universum Clerum, & populum genuflexum recitando tales Psalmos sine cantu alternatim à Delegato, & à Clero.

Quibus finitis, Delegatus stans de recto capite, baculoque deposito, si est Episcopus,

7/6
versus populum manibus iunctis dicat.

Kyrie eleison. Respondet Clerus. Chris-
te eleison. Kyrie eleison. Pater noster.
ψ. Et ne nos inducas in tentationem.
℞. Sed libera nos à malo. ψ. Saluos fac
seruos tuos. ℞. Deus meus, sperantes in
te. ψ. Nihil proficiat inimicus in eis.
℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere
eis. ψ. Esto eis, domine, turris forti-
tudinis. ℞. A facie inimici. ψ. Domine
exaudi orationem meam. ℞. Et clamor
meus ad te veniat. ψ. Dominus vobiscum.
℞. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

Deus, cui proprium est misereri sem-
per, & parcere, suscipe depreca-
tionem nostram: vt nos, omnes
famulos tuos, quos delictorum catena
constringit, miseratio tuæ pietatis cle-
menter absoluat. Per dominum nostrum.

Deinde sedens Delegatus cooperto capite,
& si est Episcopus, assumpto baculo dicit.

Mi.

Misereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis peccatis vestris, perducatur vos ad vitam æternam. ⁊. Amen.

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotens, & misericors Dominus. ⁊. Amen.

*Manu dextera super populum genu flexum
extensa add. s.*

Auctoritate Dei omnipotentis, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, a Sanctissimo Domino nostro Papa N. mihi concessa, absolvo vos, & omnes huius loci, ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, interdicti, alisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis: etiam in Litteris die Cœnæ Domini solitis legi contentis per vos incurtis, quas modo ignoratis, iuxta tenorem Pontificij diplomatis proximè lecti. Et restituo vos omnes communioni, & unitati fidelium, & sanctis Sacramentis

72
Ecclesiæ. In nomine Pa^{tr}is, & Filij.
& Spiritus sancti. Amen.

Si est Episcopus facit ter signum Crucis.

*Tunc delegatus adhuc sedens per seipsum,
vel alium firmioris vocis indicet dies tres
singillatim pro ieiunio, & decernas diem
Dominicam sequentem, vel aliam arbitrio
suo pro communionem, benedictione Agrorum,
& populi, & Indulgentia plenaria.*

*Die constituta populus universus debebit
communicare, & hora competenti Delega-
tus cantabit Missam, que est ad finem
Missalis, sub titulo Proquacumque neces-
sitate, cum paramentis violaceis, sine Glo-
ria, cum unica Oratione, & Credo, Et in
fine Missæ celebrans benedicit de more, si
est Episcopus non dat Indulgentias.*

*Finita Missa Delegatus, & duo Minis-
tri assumunt paramenta alba, & si est E-
piscopus mitrâ pretiosam, & genuflexi an-
te Altare cum universo Clero, & populo
cantantur Litanie Sanctorum, repetito ter
Versiculo. Ut fructus terræ dare, & con-*

ser-

servare digneris. Te rogamus audi nos.
*Illisque finitis, Delegatus stans delecto ca-
pite, manibus iunctis dicit. Pater noster, &c.
ψ. Et ne nos inducas in tentationem.
℞. Sed libera nos à malo.*

Additur à Clero incantu. Psalmus 84.

Benedixisti Domine terram tuam:
avertisti captivitatem Iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ: ope-
ruisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: avertis-
ti ab ira indignationis tuæ.

Converte nos Deus salutaris noster: &
averte iram tuam à nobis.

Numquid in æternum irasceris nobis?
aut extends iram tuam à generatione in
generationem?

Deus tu conversus vivificabis nos: &
plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis, Domine, misericordiã
tuam: & salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus

77
& 77
quoniam loquetur pacem in ple-
& sem suam.

Et super sanctos suos : & in eos , qui
convertuntur ad cor.

Verumtamen prope timentes eum sa-
lutare ipsius : vt inhabitet gloria in terra
nostra.

Misericordia , & veritas obuiauerunt
sibi : iustitia , & pax osculatae sunt.

Veritas de terra orta est : & iustitia de
caelo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem :
& terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit : & ponet
in via gressus suos. Gloria Patri, &c.

Quo finito Delegatus dicit. ψ. Benedi-
ces coronæ anni benignitatis tuæ.

R. Et campi tui replebuntur vbertate.

ψ. Oculi omnium in te sperant, Domine.

R. Et tu das illis escam in tempore op-
portuno. ψ. Domine exaudi orationem

meam. R. Et clamor meus ad te veniat.

ψ. Dominus vobiscum. R. Et cū spiritu tuo.

ORE.

OREMVS.

DEus refugium nostrum, & virtus, adesto pijs Ecclesiæ tuæ precibus, auctor ipse pietatis, & præsta: vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum.

DEus, qui in omni loco dominationis tuæ clemens, & benignus assistis, exaudi nos, quæsumus, & concede: vt in posterum inuiolabilis huius loci permaneat benedictio, † & tui muneris beneficia vniuersitas hæc fidelium, quæ supplicat, percipere mereatur.

ORamus pietatem tuam, omnipotens Deus, vt fructus terræ, quos aeris, & pluvix temperamento nutrire dignaris, benedictionis tuæ imbre perfundas, & tribuas huic populo tuo de tuis muneribus tibi semper gratias agere, vt fertilitate terræ esurientium animas bonis affluentibus repleas,

genus, & pauper laudent nomen glo-
riae. Per Christum Dominum nostrum.
Amen.

*Postea assumpto baculo, si est Episcopus, &
cooperto capite dicit Delegatus. Benedictio
Dei omnipotentis Patris, ✠ & Filij, &
Spiritus sancti, super agros, & bona
quaecumque loci huius plena descendat,
& maneat semper. Amen.*

*Si est Episcopus, facit ter signum Crucis.
Deinde accepto de manu dignioris de
Clero, aqua benedicta aspersorio, aspergit
versus quatuor mundi partes, dicens sine
cantu, & sine Psalmo Antiphonã. Asperges
me hyssopo, & mundabor: lavabis me, &
super nivem dealbabor.*

*Pro Benedictione populi, operto capite ma-
nibus iunctis dicit. Pater noster.*

ψ. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

ψ. Salvos fac servos tuos.

℞. Deus meus, sperantes in te.
ψ. Non secundum peccata nostra facias
nobis. ℞. Neque secundum iniquitates
nostras retribuas nobis. ψ. Mitte nobis
Domine, auxilium de Sancto.
℞. Et de Sion tuere nos.
ψ. Domine exaudi orationem meam.
℞. Et clamor meus ad te veniat.
ψ. Dominus vobiscum.
℞. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

Protector in te sperantium Deus
exaudi preces populi tui, & præsta;
vt veniat super nos speratæ à te
benedictionis vbertas, & pietatis tuæ mu-
neribus iugiter perfruamur. Per Dominū.

*Tunc Diaconus cantat alta voce. Humi-
liate vos ad Apostolicam benedictionem.*

*Et Delegatus stans aperto capite, & si
est Episcopus baculum sinistra tenens manu,
benedicit semel. Et si est Episcopus ter di-
gens.*

Auctoritate Dei omnipotentis, &
beatorum Apostolorum Petri, &
Pauli, & sanctissimi Domini nos-
tri Papæ N. benedico vos, & omnes hu-
ius loci. In nomine Pa-
tris, & Filij, &
Spiritus sancti. Amen.

*Demum cantetur Hymnus. Te Deum
laudamus, inchoatus à Delegato.*

*Quo finito v. Benedicamus Patrē, & Filiū,
& c. R. Laudemus, & superexaltemus, & c.
Et Delegatus cantat Orationem sequentem,*

ORATIO.

DEus, cuius misericordiæ non est nu-
merus, & bonitatis infinitus est the-
saurus, pijsimæ maiestati tuæ pro
collatis donis gratias agimus, tuam sem-
per clementiam exorantes: vt qui peten-
tibus postulata concedis, eosdem non de-
ferens, ad præmia futura disponas. Per
Dominum.

*Cantores addunt Benedicamus Domi-
no. R. Deo gratias.*

Laus Deo, & B. V. Mariæ.


H Etroscriptam Formulam
benedicendi Populos, & A-
gros, demandato Sacra Ri-
tuum Congregationis per R. P. D.
Iulium Rospigliosium eiusdem S.
Congregationis olim Secretarium
reuisam, & emendatam, eadem Sa-
cra Rituum Congregatio approba-
uit, & concessit, posse imprimi, facto
verbo cum Sanctissimo.


Die 21. Aprilis 1635. Sanctis-
simus annuit die 1. Octobris 1635.


Locus  Sigilli.


Cæs. Facchinetus Secr.


SI in præceptis meis ambulaueritis, & mandata custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluvias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritura vindemia, & vindemia occupabit sementem, & comedetis panem vestrum in saturitate, & absq. pavore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris. Dormietis non erit, qui exterreat, aut malas bestias, & gladius non sibi terminos vestros.











EST
T
N

1.37.

VANCE

1.37.

1.37.

AYUNTAMIENTO
DE MURCIA
ARCHIVO

EST^E 2

TAB^A C

N.^o 1